



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Psalmvs Decimvsseptimus, Hebræis decimusoctauus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

gloriosa similitudine, sicut. j. Iohā. iij. dicit: Scimus quoniam cū apparuerit, non ad euigilauero, sed ad factabor cō-
 pōsit fieri enim dei reuelata, quæ est gloria & claritas dei, faciabimur. Et pul-
 cherrimum resurrectionis posuit, cum euigilauero, scilicet a somno mortis,
 ut non in hac, sed in futura uita, facietatem nostrā esse doceat. Nihil est, quod
 in hac sensu in nostra translatione, apparebit enim gloria dei, cum nos re-
 surreximus a somno mortis & similes ei facti fuerimus, Hebraus tamen, re-
 surrectionem clarius ostendit q̄ noster.

PSALMVS DECIMVS SE-

ptimus, Hebræis decimus octauus.

Ad uictoriam seruo domini Dauid, qui locutus est domino uerba
 cantici huius, in die qua liberauit eum dominus de manu omnium
 inimicorum suorum, & de manu Saul. Et dixit.

DILIGAM te domine fortitudo mea.

MVLTA sunt in hoc psalmo quæ de Christo, multa rursus quæ
 de Dauid, eū cogant intelligi, nec ipse hætenus certus factus sum, utra intelli-
 gentia sit germana & propria, ut citra periculum non queam hic uersari: Au-
 gustinus libere de Christo & corpore eius. i. Ecclesia eū tractat, & uidei Pau-
 lus Ro. xv. in hoc consentire, ubi pro Christo huius psal. uersum penultimum
 inducit. d. Propterea confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo cantabo, Quæ
 interim & nos sequemur, cum sit tutius in Christum ipsum q̄ Christianū Da-
 uid, abundare, & ex ueritate figuram facilius intelligere, nec enim dubium est
 Dauidis bella & uictorias Christi passionem & resurrectionem figurasse. Di-
 cit etiam b. Aug. quæcumq; in hoc psalmo dicta sunt, quæ ipsi domino proprie
 conuenire nō possunt, ad Ecclesiam referenda sunt. Totus enim Christus hic
 loquitur, in quo sunt omnia membra.

Arbitremur ergo Dauidem, dum de suis uictorijs gratias agit, simul texe-
 re prophetiam in persona Christi, peccatorum, mortis, mundi; uictoris, ut ti-
 tum sic intelligamus, qui locutus est domino uerba cantici huius, id est, qui
 hoc canticum dedit in Christum futurum, id est, eo die, quo uictis omnibus ho-
 stibus suis, quæta uita frueretur. Vnde & totus psalmus Christi resurgētis uer-
 ba habet. Hanc intelligentiam forte subindicare uoluit, dum nouissimum ho-
 stem nominat Saul, qui tamen reuera primus hostis Dauid fuit, ut hoc præpo-
 sito ordine doceret, se non de suis, sed Christi uictorijs agere.

Dicit itaq;

Diligam te domine, fortitudo mea.

Verba sunt resurgētis & uirtutem dei in tribulatione experti, sic enim so-
 lemus dulci & hilari affectu in eos rapī, quorum beneficio, nos a magnis ma-
 lis erutos cognoscimus. Punitas enim dilectionis significatur, cum dicit, te do-
 mine, nō creaturam aliquam, de quo latius psal. v. dictum est.

Dominus

Dominus firmamentū meū, & refugium meū & liberator meus
 deus meus, adiutor meus, sperabo in eum.
 Protector meus & cornu salutis meæ, & susceptor meus.

Omnia hæc unus uersus in hebræo. Hierony. sic, Dominus petra mea & ro-
 bor meum & saluator meus, deus meus, fortis meus & sperabo in eum, sicut
 meum & cornu salutis meæ, & susceptor meus, Eisdem uerbis translati sunt
 canticum, ij. Reg. xxij, nisi q̄ pro, susceptor meus, rectius ibidem, eleuator me-
 us, dixit. Quis digne hos uehementissimos affectus distribuat & definit? Ne-
 que enim ociosus est spiritus in uerbis suis, ut aliquid hic superflue credi pos-
 sit. Ego, sicut dixi, sub hoc psalmo succumbo, & ceteri omnes, aut nihil dicunt,
 aut ego nihil intelligo, nedum aliquid conferunt adiumentum, sed pergeant est
 tamen, accepta & data licentia pro cuiusq; captu dicendi.

*Spūs uon est
 otiosus in uer-
 bis suis.*

*Fortitudo san-
 cti uiri.*

Fortitudo mea, quæ primo uersu dicitur, ea esse mihi uidetur, qua homo in-
 terne confortatur consolidaturq; indutus uirtute ex alto, sic psal. cxvij. Quo-
 niam confortauit seras portarū tuarum, Esa. liij. Et clauos tuos consolidauit,
 ut sit firmitas ea, quæ molles & delicatos animos indurat, quæ fortitudo non nisi
 si ex deo nobis est, qui ex nobis, tam aduersis q̄ prosperis facillime dissolu-
 mur & liquefcimus sicut cæra ante faciem solis.

Firmamentum meum, quod proprie petra hebraice dicitur, fundamentum,
 rupes scilicet est, super quā ædificatur, ut Matth. xvj. Super hanc petrā ædifica-
 bo Ecclesiam meam. Ita dominus non modo induit Christum & suos uirtute
 interna & soliditate, sed est simul ipsum fundamentum, super quo nituntur,
 sicut solida domus supra solidam petram.

Refugium meum seu robur meum, quod proprie arcem, turrim, domū refu-
 gij, aut locum munitū significat, ut psal. iij. Esto mihi in deum protectorem &
 in domū refugij, ut saluum me facias, ut præcedente collato, dominus non
 tantū sit fundamentum firma petra, sed & domus ipsa munita supra petrā ædi-
 ficata, seruans & protegens eum, qui ad eum confugerit.

Liberator meus, quod proprie euasione[m] significat & eam uirtutem, qua si
 quis undiq; angustatus & conclusus sit liberatur & euadit, sicut filij Israel eua-
 serunt Pharaonem.

Adiutor meus, seu fortis meus, iterum in hebræo, petram seu silicem signi-
 ficat, quod frequenter, pro forti redditur, eam puto uirtutem esse, quo euadēs
 & in domū refugij receptus, tuto manet & perseuerat contra omnes insultus
 insequentium. Et hæc quinque ad uirtutem passiuā, seu ad tolerantiam malorū
 pertinent. Primū est enim interne roborari; deinde ubi hæc uirtus impugnat,
 ne deficiat, habere petram in qua nitatur & cōsistat; postea ne multitudinē sal-
 tem uincatur, habere locum munitum quo se recipiat; Et ne inter angustias ca-
 piatur obsessus conclususq; exitum & tutam euasione[m] non habeat; tandem
 ne tedio quod ultimum est dæmonū & malorum hominū fractus cedat, perse-
 uerantia ui firmetur. Breuius hæc quinque distribuemus, si primum ad aduersi-
 tatem simpliciter conferat, secundū ad magnitudinē, tertium ad multitudinē,
 quartū ad fortitudinē, quintū ad assiduitatē aduersariorum. Vbi enim hostis
 primo sibi senserit resisti, magnates & potentes sibi sociat, Deinde multos sibi
 aggregat, Vbi nec sic proficit, oēm uim & artem cum eis & per eos tentat,
 Ultimo cum alio non possit, assiduitate solet sanctos infirmare, qui autē perse-
 uauerit

*Virtus toleran-
 tiæ in quinque.*

I N P S A L M V M XVII

creatus in finem, hic saluus erit. Hæc quinque Paulus Ro. viij. sed alio ordine
potest credi potest, Neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo,
neque profundum, neque creatura alia potest nos separare a charitate dei.

Virtutes
actiue.

Sequuntur uirtutes actiue & propulsiue,
Prima est securum seu protector meus, oportet enim inuasurum hostes, esse
lucum, quo tela ignita inimici excipiens possit penetrare & cadere hostes,
secundum enim non eget, qui ad refugium currit.

Triturare est
predicare.

Altera est cornu salutis, uirtus ipsa quæ pugnat & uincit, quæ mihi uidetur
esse potestas uerbi siue fiducia prædicandi, sic enim apud Micheam. iij. dicitur:
Cornu & tritura filia Zion, quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas
in areas, & cõmues populos multos, & interficies domino rapinas eo-
rum, & fortitudine eorũ domino uniuersæ terræ, Triturare, esse idẽ quod præ-
dicare, Apostolus, i. Cor. ix. pbat, Nõ alligabis os boui triturati, At cornu fer-
reum & ungula æreæ, quid sunt, nisi illud Christi, Ego dabo uobis os & sapi-
entiam, cui nõ poterunt cõtradecere & resistere omnes aduersarij uestri: Itaq;
cornu salutis dicitur, quia hostes superat, & salutem ex inimicis facit, Lucæ. ij.
Sunt qui ex cornu regnũ faciunt, nec id absõnũ est, cum regnũ Christi, nõ nisi
in uerbo ueritatis consistat, hoc uere est regnũ salutis, quod uincit omnia.

Tertia, susceptor meus, seu exaltator meus, id est, in quo super hostes eleua-
tus triumpho, sicut Paulus dicit, Qui triumphat nos semper in Christo. Eo mo-
do dicitur Isa. ix. Et eleuabit dominus hostes Razin super eũ. Videmus autem
quæ mira sit uirtus Christi & sanctorum eius, Prior est uirtus passiuæ, quæ passi-
uitate aciuam, ut Paulus dicit, Virtus in infirmitate perficitur, Ita mũdus nõ alijs
armis uictus est, quæ patientia & uerbo dei, sicut in Isaia. iij. dicit: Et erunt capiẽ-
tes eos, qui se ceperat, & subijcient exactores suos. Et Iohel. iij. Infirmitas di-
cat, quia ego fortis sum. ij. Reg. xxij. huic uersui additur: Et refugium meum &
saluator meus, de iniuria liberabis me, quod quare in hoc psalmo omissum sit
ignoro.

Patientia
uerbo dei mũ-
dus uincitur.

Laudans inuocabo dominum: Et ab inimicis meis saluus ero.

Vbi titulus, qui dicit, hoc canticũ esse dictum, liberato ab omnibus inimicis
David, & recitatu in persona resurgentis Christi: Certe hic aliud dici nõ potest,
quod Augustinus censet, totum Christum, id est, Christum cum corpore &
pro corpore suo loqui, quod est Ecclesia, quæ semp uincit, semperq; pugnat,
& superatis præteritis malis paratur ad futura mala superanda. Aut si in perso-
na Christi sitendum est, conuenit hæc intelligi dicta, pro magnitudine affe-
ctus erga deum, quo offert promptitudinem animi sui ad plura ferenda, si de-
us uelit, sicut psal. cvij. Paratu cor meum, deus, paratu cor meum. Et. xxv. Pro-
ba me domine & tenta me, ure cor meum & renes meos. Sic enim liberatus a
malis, & diuinam uirtutem expertus, non aliud cupit quæ iterum pati, ut iterum
uirtutem diuinam experiat, nasciturq; ex his, quædam mirabilis patiendi sitis,
& inextimabilis fiducia in dulcedine dei.

Ad patientiã
apparatus.

Omnia tamẽ ad nostrã doctrinam scripta sunt, ut per patientiã & consola-
tionem scripturaru spem habeamus. Ideo enim quintuplicem uirtutem patien-
tiam, & triplicem agentium descripsit, ut nos erudiret, nihil esse tam malũ, tam
multum, tam magnũ, tam potens, tam diuturnum, quod non quæat uinci per
uirtutem dei, si in eã confidimus, Et tũc potissimum esse locũ sperandæ uirtu-
tis in nobis, quãdo irruunt in nos mala, multa, magna, fortia, assidua, cũ pro-
prium di-

Hh prium di-

prium diuinæ uirtutis sit infirmos, paucos, paruos, imbecilles, pusillanimes, uare, nō solū in malis pœnæ, sed & culpæ, Nā quæ esset dei uirtus, quæ solus onis, cū naturæ contrariū uideat, & omnino desperatū, si irruat nō modo mala, sed multa mala, magna mala, potentia mala, & prolongata mala, Sic etiam Apostolis uidimus, qui mox ut induti erant uirtute, ex alto non solum multos eos insurrexerūt, sed & multi, & magni, & potentes ad nocendum, decemque & ceteros, prolongauerunt iniquitatem suam.

*Tentationes
semper ingruunt.*
Eodem modo, & in quolibet homine operat̄ satanas in quacumque peccatum tentatione, libidinis, iræ, superbiæ, auaritiæ aut cuiuscumque mali, ubi enim firmum tum castitatis aut mititatis propositū inuenit, non solū libidinē aut iram contra mouet, sed & uarias species adhibet cogitationū, tum eas magnificas & incredibili astutia efficaces facit, tandē quos nec multitudine, nec magnitudine nec efficacia uincere pōt, sapius assiduitate & tedio uincit, ut fessos supplantet. O stulti & temerarij nos, liberi arbitrij & actuum elictorum iactatores, quos tantam dormire credimus, nec cogitationes eius, ex his locis scripturæ nobis ostensas, intelligere & prouidere discimus, ac sine pugna, securi solis actionibus bonis salui fieri præsumimus. Non sic impij non sic, hostis adest, multus, magnus, præualidus & infatigabilis, cuius ut multitudinē, magnitudinē, uirtutem & pertinaciā taceamus, simplicem etiā impugnationē nō possumus ferre, nisi dominus fuerit uirtus nostra, cum nos per nos ipsos, citra hostis impetum, ad omne malum proni simus.

*Aurea doctrina
na patiētijs*
Qua autem fiet arte, ut in hac hostili multitudine, magnitudine, potentia, pertinacia, dominus sit uirtus nostra, firmamentū nostrum, refugium nostrū, liberator & adiutor noster: Responderet, Ita fiet, si laudans inuocet dominū, hac enim laudatrice inuocatione, saluus eris ab omnibus inimicis, sicut Ro. x. ex Iohel. ij. Omnis qui inuocauerit nomē domini, saluus erit, Et Proverb. xviij. Turris fortissima nomē domini, ad ipsam currit iustus & exaltabit. Hæc sane omnium nobilissima est in tribulatione, & tota aurea doctrina, optimūque consiliū, quo ab omnibus malis erui possumus, si in tribulatione poterimus deum iustificare, benedicere, & prædicare, sicut exemplū trium puerorū monstrat, Danic. ij. Deo nostro iustitia, nobis autē confusio, sicut est dies hæc. Incredibile est, quæ efficax sit ista laus dei in periculis remediū, mox enim ut coeperis laudare deū, mitescit malum, crescit fiducia & sequit̄ fidens inuocatio.

*Nō indignādo
sed laudādo
clamandū ad
dominum.*

Cauendum itaque omnibus seruis dei, ne alio modo, uel alio ordine, aut consolari, aut uincere tentent, quæ hoc uersu præscriptum est. Nō primo inuocabis, sed primo laudabis, sunt enim qui clamāt & non exaudiuntur, ut hoc psalmo infra. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad dominū nec exaudiuit eos. Quare quia non laudando, sed indignando clamauerunt, nō dulcem dominum sibi proposuerunt, sed suam t̄m amaritudinem considerauerūt. Ac nemo liberatur a malis, intuendo horrescendoue mala sua, sed superando & inhaerendo deo & eius bonitatem intuendo, sicut psal. xv. uidimus. Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris mihi est, ne commouear. O arduum consiliū & rarum, facere sibi dulcem & laudabilem dominum in medijs malis, & robustius intueri absentē & incōprehensibilem, quæ mala præsentia & illum intueri prohibentia, nō possum satis cōmendare huius optimi uersiculi gratiam & uirtutē, tam apte & significat̄e positis uerbis.

Qui uero

Quapropter ab hac laude domini non incipiunt uincere, sed ad hominum respectu tribulationes, uel ad merita sua conuertuntur seu futura uitae melioris spe in appetunt, non uincunt unquam, quia stat firma sententia: Laudans inuocatus fit ab inimicis suis, & nullus alius, sic superius ex Isaia, xlviij, retulit: Non sustinabo os tuum laude mea, ne intercas. Et Isa. li. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est, uerbo, Hoc est quod secundo precepto nobis mandatur: Non assumes nomen domini dei tui in uanum. Et oramus. Sanctificetur nomen tuum. Hoc est quod tot laudibus dei hunc dominum glorietur & speret, q. d. sic enim oportet ab amore & laude incipi & inuocari nomen domini. Experiatur modo quisque, & apprehendat laudem aliam quam dei, ubi fuerit male affectus, & sentiet mox releuamen. Nam quous alia consolatio, aut non prodest, aut fallaciter prodest, id est, maxime nocet, immo idem facit, si uel beatam uirginem, aut aliquem sanctum, denique si pium hominem adhuc in terra uiuentem, in nomine discipuli domini laudaueris, tanta est uirtus & benedictio nominis domini, sic Gen. xij, ad Abraham dicitur: Benedicam benedicientibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, qua promissio, ne certi sumus, nos benedicti a deo, si sanctos eius benedixerimus, quanto magis si ipsum dominum benedixerimus. Ego fateor me sapius hac ratione leuasse cor meum molestia sua.

Nota bene.

Circumderunt me dolores mortis.
Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

Hierony. Quonia circumderunt me funes mortis, torrentes Belial terruerunt me, q. Reg. xxij, pro funes, alia dictio est hebraica quam hoc loco, quam Hierony. translulit conturbationes, mihiq; Reuchlin rectius hic, pro funes, collectioes seu cumulos, ut. j. Reg. x. Obuium habebis gregem prophetarum, ut sit sensus, Circumderunt me mors multis & magnis copiis, Vt copiae mortis, componantur cum torrentibus Belial, posteriore parte uersus, ut utrinque magnitudinem & multitudinem malorum exprimat, quae ceu uastis torrentibus, & multis exercitibus irruerint.

Dixerat & docuerat, Inuocandum esse dominum cum laude & amore, ijs, qui ab inimicis salui uelint fieri, iam ita se fecisse recitat, & historiam suam narrat, in exemplum doctrinae, quam dederat, incipiens ab inimicis omnium pessimis & ultionis, morte & inferno. Et licet uerum sit, ipsum David fuisse has poenas mortis & inferni saepius passum, ut crebro in diuersis psalmis confitetur, imprimis psal. cxliij, Circumderunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me, tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui, Vbi pene eadem uerba, necum sententia, cum hoc loco conueniunt, tamen nos de Christo hanc psalmum cepimus intelligere, sensu interim generali omisso, ideo mortem & infernum Christi hoc loco accipimus.

Hic autem uersus de morte, sequens de inferno loquitur, uterque eandem rem, repetita sententia eloquens, idem enim est, circumderunt me dolores mortis, quod torrentes iniquitatis conturbauerunt me, Et idem, Circumderunt me dolores inferni, quod praecipauerunt me laquei mortis. Ita nos sentimus, non refragantes, si quis haec quatuor uoluerit diuersa facere. Sunt etiam uerba proprie & grauiter posita, Circumderunt, non tantum occurrerunt aut infectati

H ij sunt, sed

sunt, sed undiq; tenuerūt & uallauerunt, solitariū & unicum cōcluserūt, quā
uel maxime in monte discrutiat, si enim gradiendum esset magna turbamē
tante & apparente, mitius malum esset mors. Funes seu Cuneos, quos dolores
noster uocat, non scilicet unus aliquis me circūdat mortis minister, sed multi
immo multæ copix, multæ turbæ, quo iterum solitudo amarissima significatur
in morte. Hos funes seu Cuneos, posse intelligi, impios homines, quorum mi
nisterio mors & dæmones utuntur, admittimus, iuxta illud psal. xxi. Circū
dederunt me uituli multi, thauri pingues obsederūt me. Et iterum, Erue a fra
mea deus animam meam, & a cornibus unicornium humilitatem meam.

Noster tamen non inepte has copias intelligit, multitudinem dolorum in
hora mortis irruentiū, ubi nulla creatura est, quæ non morti & pauori seruat,
omnia enim quæ aspiciuntur sunt mors & nō uita, ita mors armatur orbe to
Horror rarum, & pugnat uniuersa creatura cōtra morientem seu morte pauentē, deo
mortis. licitum, unicum & omnibus circūdatum, Inde fit, ut nō possit hīs nomē dari,
nisi metaphoricum, Cuneos seu copias appellādo mortis, Mors enim ultimi
malorum, mitius erat, si copix alterius cuiuspiam mali circūdarent. Dicitur est
autem psal. superioribus, Christum uere passum esse, pauores & tedia mortis
pro nobis, licet non omnes nos similia patiamur.

Torrentes Belial, itidem metaphora est, impetū & exercitum malorum sine
nomine edisserens, Reuera enim tantus est dolor mortis, ut nominari, cogita
riq; non possit, sed tantū pati possit, Sentiant sese pessime habere, nec quid sit
possunt indicare, ideo & nullum ibi remediū est, sicut ecōtra gustus æternæ ui
tæ tantus est, ut sentiāt quidē sese optime habere, nō tamē dicere aut indicare,
quid sit, possunt: Vnde hic, torrens uoluptatis dei dicit psal. xxxv. Inebriabū
tur ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Ille autē torrens
Belial seu malitiæ, ut hoc loco dicit. Belial frequens dictio inscripturis, hebræis
dicit significare malitiam, licet fere ubiq; iniquitas transferat idq; improprie,
inde filij Belial (id est, malitiæ) Iudic. xix. *Wōß bñben/die Keyn nūß, seynd.*
Ety mologiā habet a bli (id est nō) & iaal (id est profuit) ut qui ad nocendū alijs
tantū modo uiuunt. Inde datum est & Diabolo nomen bli iaal, quæ Belial dis
cimus, hic autē pro malitiā accipi, certū est, scilicet mortis, quæ male afficit mul
tis modis eos, qui moriuntur, ac torrentibus malorum inuadit, siquidem mors
ipsa malorū pelagus & summa est. Ita uides, q̄ proprie mala mortis, licet in no
minabilia, deliniet, q̄ mori aliud non sit (ijs qui fide carent) q̄ copias & gurgi
tes malorum pati, hsq; unicos & solitarios circūdari, & undiq; terreti, ut cor
gantur dicere, Angustix mihi undiq;.

Dolores inferni circūdederunt me.

Præoccupauerunt me laquei mortis.

Eadē dictio, Dolores inferni, quæ præcedere uersū, dolores mortis, dicit, ideo
& idē de ea sentiendū, esse uidelicet, funes seu Cuneos inferni, nō nisi copias
omniū rerū mūdi, quæ oēs armanē ad ultionē dānatorū, Eiusdē significationis
& sententiæ est, uerbum circūdederunt, cum præcedente. Infernus autem &
mors parum differūt, quo ad sensum dolentis: Mors enim amara separatio est
a uita, Sed infernus est, quod statim mortē comitat, æternæ pœnæ & irrepara
bilis animæ sensus: Capitur enim hic anima & uere circūdatur, ut non possit
aliud sentire, q̄ se in æternū dānandā esse, Si em̄ uel pilolatū uideret exitū, circū
data non

data non esset, nec inferni sentiret nec mortē, sed spe plena & fiducia gauderet. *Infernus & purgatoriu.*
 Quod est, q̄ Theologi Scholastici, uerba ista scripturę, Circū dederūt, prę-
 uocant, parum diligēter obseruātes, deinde nihil harum rerum unq̄ exper-
 iant de purgatorij poena diuinant quicquid uolunt, ponentes in ea, nullā
 distinctionē, sed tantū satisfactionem, qui tamē rursus fatentur eandem esse
 purgatorij & inferni, nisi q̄ duratione differūt, Verum, ut sunt subti-
 lii, non sit culpa, desperationem autem & seruilem timorem, sed tantū
 esse docēt, e purgatorio penitus tollunt. Nos uero, quia rei istius cognitio in
 experientia, non in speculatione sita est, nō contendemus, uerbisq̄ scripturę
 simpliciter inhaerebimus, etiam si nō intellexerimus, quibus circūdari & prę-
 uentari se doloribus mortis & inferni, sancti queruntur, Experti uiderint, quid
 ea uelint, in expertis nihil profus credem⁹, qui necdum, quid ira & libido sit,
 trahunt scilicet & bestialissimę affectiones, intelligunt.

Idem est per repetitionē ut dixi, Pręoccupauerunt me laquei mortis, ubi se
 capti morte significat, & sic captum, ut pręuentus sit a laqueis eius, hoc est, la-
 quei mortis ei pręualuerunt & fortiores eo fuerūt, ut quos euadere nō possit,
 id quod est in inferno esse, unde non patet reditus, sicut auis, quę laqueo capi-
 tur non reuertitur. Hac omnia in Christo, & si mirabiliter, tamē contigisse cre-
 dimus, ut uere captus sit mortis & inferni doloribus, laqueis & Cuneis.

In tribulatione mea inuocaui dominum, & ad deū meū clamaui, &
 exaudiuit de templo sancto suo uocem meam.

Et clamor meus in cōspectu eius, introiuit in aures eius.
 Vnus hic in heb. uersus est, & incedit per futura uerba per totū, inuocabo,
 clamabo, exaudiet, introibit, sicut & Hierony. trātulit, & h. Reg. xxij. legitur,
 q̄ hoc parū refert, cum prophetę hoc peculiare habeant, ut tempora plerūq̄
 cōfundant non tamē absq̄ causa, ut sapius diximus. Pergit itaq̄ exemplo suo
 ostendere, uerum esse, quod docuerat, saluari eos omnes, qui laudantes inuo-
 cant dominum Fui, inquit, & ego in maximis malis, i. doloribus mortis & la-
 queis inferni, saluus autem factus sum ab omnibus malis istis, quia inuocaui
 dominum, & ad deum meū clamaui, ideo exaudiuit uocem meam & clamor
 meus introiuit in aures eius, Quare non est dubium, non esse aliam liberandi
 uiam, q̄ per inuocationem domini, & confessionem dei. Dictum est, psal. xv.
 Deum meum esse, quid habeat energię & significationis, Nemo enim dicit,
 deus meus, nisi laudans & amans, etiam in media morte & inferno, sicut scri-
 ptum est, Fortis ut mors dilectio &c.

Repetitionibus prę animi iucunditate abundat, cum sit idem ferme, Inuo-
 caui dominum, quod, ad deum meū clamaui. Item, Exaudiuit de templo suo
 uocem meā, quod, clamor meus introiuit in conspectum eius in auribus eius,
 sic enim in hebreo dicere uidetur, omnia autem sunt plana, sed plena quoq̄
 tuorum dissimis affectibus.

Commota est & contremuit terra, fundamenta montium contur-
 bata sunt.

Et commota sunt, quoniam iratus est eis.

Et h. in. Quid us.

Quid uelit Dauid ab hoc uersu ad decimum usque, non possum con-
 qui. Nusquam legitur terram motam, montes concussos, & alia quæ hic re-
 set propter Dauid esse facta, sed nec propter Christum. Cæteri per allegoriam,
 contempta consequentia ratione per facile euadit, quid enim facilius, quam
 singulis partibus allegoriam suam affingere? Lyra non nihil dicit, cum dicit,
 morem esse scripturarum, ut pro laudando aliquo singulari beneficio dei, re-
 petantur ab initio, uel omnia generaliter, uel multa ex eis populo dei exhibi-
 ta beneficia, iuxta illud psal. cxviii. Memor fui iudiciorum tuorum, & conso-
 latus sum. Et, lxxvj. Memor fui operum domini, quia memor ero ab initio mi-
 rabiliū tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentio-
 nibus tuis exercebor. Sic Dibora iudicū. v. canitura domino, incipit ab exi-
 tu Aegypti, d. Domine cum exires de Scir, & transires per regiones Edom, terra
 mota est, cæliq; ac nubes distillauerunt aquis, Montes fluxerunt a facie do-
 mini, & Sinai a facie domini dei Israel. a mulatione huius dicit & psal. lxxvj.
 Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto,
 terra mota est, etenim cæli distillauerunt a facie dei Sinai, a facie dei Israel. Et
 psal. lxxvj. Viderunt te aquæ deus, uiderunt te aquæ & timuerunt, & turbæ
 sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum, uocem dederunt nubes. Etenim sa-
 gittæ tuæ transeunt, uox tonitruū tui in rota. Esto itaque, solere cōfessores dei,
 altius repetere mirabilia dei, præcipue illud præ cæteris insigne, quod in exi-
 tu Aegypti fecit, cuius præ omnibus arguunt filij Israel immemores fuisse, psal.
 lxxvj. Et ex cuius memoria, sine dubio, multa didicerunt spiritu illustrante,
 ita ut prouerbij uice habuisse uideantur usitatissimum, & iam diuersas eius par-
 tes in diuersis allegorijs tractatas, Non tamen capio Lyram, dum uerba huius
 psalmi ad eandem historiam aptat.

Temerandum itaq; & mihi est, placet primum, repetita hic dici præterita
 mirabilia in exitu Aegypti facta, & misceri mirabilibus præsentibus per iucun-
 dam expatiandi & digrediendi libertatem, quando talem in scripturis usum
 uidemus. Nam & sæculi rhetores, docent in genere demonstratio recenseri
 oportere non modo præsentia, sed simul omnia præterita facta maiorum eius
 qui laudatur. Nec tamen hoc solum agi a Dauid credo, sed simul præ exuber-
 ranti lætitiā, ludere allegorijs historię Aegyptiacæ in laudem Christi uidetur,
 quem significari ea figura clare cognouit. Et uidemus eos qui nimio gaudent,
 ita gestire allegorijs & nouis figuris loquendi, ut insanire putentur; delectat
 enim eos sua gaudia uestire pulchris & festiuis uerborum & sententiarum fi-
 guris; alius aureū, alius mellitum, alius manna suū, alius aliter appellat, quod
 laudat. Nemo hic nō poeticatur, ipso gaudio docente figurate loqui.

Ita hic Christus, cum sese ab inferis exaudiente patre gaudeat reuocatum,
 non modo repetit & miscet mirabilia dei antiqua, sed eadem simul iucundis-
 sima allegoria immutat & innouat, sicut orat Ecclesia, xxxvj. Innoua signa &
 immuta mirabilia. Vnde nec totā historiam ordine tractat, sed utcumq; ad rem
 facit, quālibet partē delegit. Quare hic nosse oportet allegoriam historię eius-
 dem, præsertim eā quæ ad fructum resurrectionis Christi pertinet, quæ in di-
 uobus istis comprehenditur, lege & gratia, Lex humiliat superbos, gratia exal-
 rat humiles, utriq; miris & uarijs modis, suntq; hæc uere dei mirabilia noua,
 quæ non alijs armis, q̄ ministerio uerbi perficit, per abiectos idiotasq; p̄dicato-
 res & successores eorum, quæ omnia, nisi fallor, his figuris & allegorijs suauis-
 sime ludit propheta.

Legimus

Legimus itaq; Exo. xix. & xx. Cū esset dominus legem daturus, tertia die
 ceperunt audiri tonitrua ac micare fulgura, & nubes densissima operire mon-
 tem, iuxta fumus ex eo quasi ex fornace; Eratq; omnis mons terribilis, & so-
 lido & altitudine paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur. Moses lo-
 quens & dominus respondebat ei, descenditq; dominus super montem
 Sinai in ipso montis uertice, & uocauit Moysen in cacumen eius.

Dicitur est hac figura, q̄ ut uerbis eam consequi possim, quā nec intellectu
 facis capio. Et tamē propheta dignissime eam tractat, multa enim ex ea & alijs
 simpliciter propheta, ut quæ sit densissima refertissimaq; mysterijs Christi, ope-
 ra enim nature, legis & gratiæ, hoc est summa totius Theologiæ hic tractatur.
 Apostolum ergo ex Romanis, primum & optimum interpretem inuocem⁹,
 qui ca. iij. dicit. Lex iram operatur, Et. j. Corinth. xv. Virtus peccati lex. Ro. j. *Legis opus*
 Reuelatur ira dei de coelo super omnem impietatem & iniustitiam hominum
 eorum, qui ueritatem dei in iniustitia detinent. Et Roma. v. Lex subintrauit,
 ut abundaret delictum. Legis itaq; opus est terrere, cōscientiam concutere, &
 omnem fiduciam demoliri. Atq; id est, quod agitur figura magnæ alicuius tē-
 pestatis, ita proprie, ut non alia allegoria magis apte possit monstrari. Tonitru-
 a enim & fulgura commouent & tremefaciunt terram, concutiunt & con-
 turbant fundamenta etiam mōtium, & sicut ille ait, feriunt & summos fulgu-
 ra montes, in qua re, iratus coelum omnes formidant, sicut psal. xij. dicit: A
 uoce tonitru tui formidabunt, hoc est, quod dicit. Quoniam iratus est eis. Ta-
 lem autem tempestatē fuisse in monte Sina, cum lex daretur, ex prædictis uer-
 bis satis liquet cuius, ut simul figura simularetur, quod reuera tum agebat, &
 tale esset signum, qualis erat res ipsa.

Itaq; legis doctrina & cognitio, cum agat æternis comminationibus, & exi-
 gat ea quæ ferre non possumus, sicut Heb. xij. dicit, Non enim portabant ea,
 quæ dicebantur, terribilis est & importabilis peccatrici conscientia, & tanto
 magis, quanto prolixior & clarior eius sonus seu cognitio: hoc est, uere per le-
 gem fieri cognitionem peccati, & iram per legem concitari, hoc est ream inue-
 niri & æterna ira dignam, omnium hominum cōscientiam, Quæ cognitio in-
 tus in corde, omnem illum tumultum & impetum tempestatis implet, qui in
 Sina monte describitur uisus esse: Hic uere commouetur & tremefit terra, id est,
 terrena corda, quæ sapiunt ea, quæ super terram sunt, & nō modo montes ipsi,
 sed fundamenta montium conturbantur & commouentur, id est, dispergun-
 tur superbi mente cordis sui. Montes enim superbi sunt, Fundamenta sunt, si-
 ductia potestatis, sapientiæ, iustitiæ, & quarumcunq; rerum. Eruditus enim ue-
 ra legis cognitione intelligit, q̄ non subsistit coram deo omnis caro, quia ex
 operibus legis non iustificatur homo, Nec potētia, nec sapientia, nec quæcūq;
 substantia hic prodest, omnia turbantur & corruunt, quia iratus est eis, hoc est
 per legem reuelatur ira dei, super eos maxime, qui fiducia illorum fundamen-
 torum superbiunt præ cæteris.

Montes autē hic absolute dicit, quia sunt & montes sancti, psal. lxxxvj. Fun-
 damenta eius in montibus sanctis. Et alio, Iustitia tua sicut mōres dei. Potissi-
 mit h autem, fundamenta montium intelligenda sunt, fiducia operum, seu ope-
 ra legis, seu lex & doctrina, quibus homines sese cōfidunt iustificari, hoc enim
 potissimum agitur uerbo & cognitione legis, ut peccatores faciat, & omnis
 H h iij mundus

*Lex importa-
 bilis peccatri-
 ci cōscientia.*

*in ipso uerbo
 reuelatur ira dei*

mundus obnoxius fiat deo, sic enim Apostolus lege utitur potissimum cōtra operum superbiam dicens. Ro. ij. sed conclusit scriptura omnia sub peccatis, ut omnium misereat. Et Christi gratia maxime contra iustitiam hominū pugnāt, nam hęc omniū pertinacissime resistit iustitię dei, ut Ro. x. dicitur. Ignōrantes enim iustitiam dei, & suā quærentes statuere, iustitię dei nō sunt iustitii. Est & hoc mirabile & signandum, q̄ tonitruis non tantū cacumina, sed ipsa fundamenta montiū cōcutiuntur, nam terra tota tremescit, etiam radices montium. Ita lex non modo superbiam externe percutit, quod & hominū possent increpationes, sed penetrat & intima cordis conturbat, ipsam cōscientię secretissimam fiduciā pauesfaciens, quia lex spiritalis est & sermo uiuax, penetratior omni gladio ancipiti, nec est, qui se abscondat a calore eius. Hebræus ut cūda uocum allusione dicit, וַיִּתֵּן וַיִּתֵּן וַיִּתֵּן uatigeas וַיִּתֵּן וַיִּתֵּן uatigeas וַיִּתֵּן וַיִּתֵּן, quod noster forte non potuit reddere, sed dixit: Cōmo ta est & concreuit terra, significat autem pauidum illum motū, quo ad fugam & cursum aliquis cōmouetur, significantissime uim legis, & cōscientię metum exprimens, ita propheta non modo iucundus est sententijs, sed & uerbis & cōstructione, si quis uacaret omnia obseruare.

Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit.
Carbones succensī sunt ab eo.

Hierony. Ascendit fumus in furore eius, & ignis ex ore eius deuorans, carbones incensī sunt ab eo, Hoc in uisibilibus tempestatibus fit, quoties fulmine tacta conflagrant, hic enim fumus ignis & carbones uisuntur, At in monte Sina fumum & ignem quidem fuisse satis ostendit Moses Exo. xix. Nulq̄ autem carbones illic leguntur, nisi carbones intelligat, montem ignitum & ardentem, certum est enim omnia igne micuisse, fumasse, arsisse, caligasse, quæ in monte & iuxta montem fuerunt, ut Deutro. v. dicit, Et montem ardere uisidistis, terribile enim fuisse quod uidebatur Paulus scribit Heb. xij. ut & Moses diceret, Exterritus sum & tremebundus. Itaq̄ quos carbones Moses non expressit, propheta una cum igne intelligit & eloquitur, Torum autem hoc facit, ut manifestis indicijs ostendat sese, ab historia illa ad allegoriam diuertit & mysterijs ludere, ideo non solum carbones adijcit, sed & alia quadam, quæ in historia non leguntur, aut non eo modo leguntur, quale est, quod fundamenta montium concussa dicit, cum illic nec plures montes, nec fundamenta memorentur, Volens uno monte Sinai multos illos superbos cum suis presumptionibus figuratos uideri, Tale est, q̄ iratum eis dominum dicit, cum nihil de ira domini in montem Sina historia habeat, Tale & hoc, q̄ fumus in ira eius ascendit, cum nihil illic de fumo iræ eius sit dictum, Et quod manifestissime allegoriam historiæ indicat, quod dicit, ignem a facie eius exarsisse, seu ut Hebræus plenius habet, ex ore eius deuorasse, nec em̄ ignis ille quo ardebat mōs Sina, ex ore dei puenisse scribitur, nisi ideo dicamus ex ore eius uenisse, quia fulgure desursum uelut ex ore cœli misso conflagrarit.

Opus legis ex ore prædicantium.

Lex igitur est, quæ ex ore eius, id est, ex ore prædicantium, infantium & lætentium procedens, accendit, exurit, deuorat, uastat quicquid est superbiæ in uanitate humana, ut locum paret gratiæ, ad increpationem enim legis sequitur pauor & terror, fuga, atq̄ cum fuga nulq̄ pateat, oritur angustia, atq̄ hac est, ignis ille

ignis qui concoquit & deuorat omne malum, exurit concupiscentiam, ut
 in manu libeat quod delectabat antea, sic incēduntur carbones ex eodē igne,
 ut peccatores, exusta per uim legis mala cupiditate ardeant, nondum quidem
 consumere sumunt, sed fornace angustie suae fortiter, in qua conflantur & parā
 & purgantur, sicut aurum in igne. Sed fumus ante ignem ponit, cur hoc
 quis priorem igne fumum unq̄ uidit: sed fumus signum est praesentis ignis,
 & licet prior non sit, prior tamen apparet. Aug. fumū intelligit lachrymosam
 deprecationem poenitentium, cum cognouerint, quid minetur impijs deus.
 Quem non repudiamus, sed augeamus, ut fumus sit & confessio foris peccato,
 & omnia illa argumenta, quibus proditur interna conscientia fuga & an
 gustia, sicut illi Act. ij. compuncti & conterriti uerbis Petri dixerunt. Viri fra
 giles, quid faciemus? ijs enim uerbis significant, quid intus patiantur. Ascendit
 ergo fumus in ira eius, quia ira dei cognita per legem humiliter in profundum
 superbos, & ex eo profundo sursum fumum hunc poenitentiae suae emittit.
 II. Reg. xxij. dicitur: Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius uo
 rauit, ubi uisio scriptoris, uoluit nostri codices habent, in quo uidetur loqui
 de fumo trasētis, nō de fumo poenitentis. Sed cū allegoriā tractet, conuenit, ut
 sicut os domini, os praedicatorū, & ignis ex ore eius, uirtus legis in peccatore
 dicit, ita & nares dñi iisdem praedicates sint, q̄ per eos indicat & reuelat iram
 suā. Quare sicut ignis in peccatoribus uorat, licet de ore dñi procedat, ita fumus
 in eis de ascendit, licet de naribus dñi procedat. Neq̄ enim possibile est, histori
 co & literali sensu, uel ignē de alicuius ore uorare, uel fumum de alicuius nari
 bus ascendere, cū stertans flatū potius demittat. Verū in hebræo utraq̄ di
 ctiō æquiuoca est, quam interpres uarie reddit, ut hic ignem exardentem & fu
 mum iræ, quod illic ignem uorantem & fumū naris dicat. Ego dicerem, quod
 hoc psal. dicitur. Ignem ardentem & fumum iræ.

Inclinauit oculos & descendit. Et caligo sub pedibus eius.

Hoc historia confitetur dicens. Coepit nubes densissima operire montē, Et
 Deutro. v. & Heb. xij. eiusdem caliginis mētio fit, Dicitq̄, Exo. xix. Descēdit Dionysius
 dominus super Sinai in ipso mōtis uertice, & uocauit Moſen in cacumē eius.
 Multi multa de ista caligine cōmenti sunt, praesertim Dionysius ille quisquis
 fuerit. Nos cōcepto itinere psequamur allegoriā nostrā, qua diximus, superbos
 humiliari per ministerium legis, idq̄ hoc loco tractari. Virtus itaq̄ legis & ira
 dei per eā reuelata, non sentit, nō conturbat fundamēta montium, nec tremē
 facit terram, nō succēdit carbones, nec deuorat peccatores, nec suscitāt fumū,
 nisi domino ipso intus mouente, docente & incrementū dante, q̄ multi enim
 audierunt Iohannem Baptistam, Christum, Apostolos, fulgurantes & tonan
 tes, tonitruis iudicij & iræ dei futuri, qui tamen indurati corde, sicut incus Be
 hemoth, nihil sunt cōmoti, sicut multos uidemus, qui tonitrua corporalia con
 temnunt & rident, etiam si uideant alios eisdem exanimari.

Hoc est quod hic dicit, & illic figuratum est, ubi descendisse dñs super mon
 tem Sinai scribitur. Inclinauit enim oculos, hoc est, Apostolos dimisit in mun
 dum contra superbos filios Adam, Et ipse descendit, cooperans & confirmās
 sermonem eorum, sicut Gal. ij. dicit: Qui operatus est Petro in Apostolatu cir
 cūcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Et caligo sub pedibus eius, id est,
 q̄ opera & uia eius cognosci non possunt: Hoc fit, dum alienum opus opera
 tur, ut opereatur opus suum, dum dānat ut saluet, dum conscientia conturbat,
 ut pacifi

Opera iustifi
 cationis con
 traria.

ut pacificet, Contraria enim sunt opera iustificationis omni sensui humano, qui sese humiliari & in nihilum redigi, per uirtutem legis non sustinet, qui non capit quod bene secum agatur, putat enim sese consumi, cum reuera orant, sicut Lucifer, & dispergatur ut congregetur, euellatur ut plantetur, sicut ergo opus est in ista caligine, sicut Iob. ij. Viro cuius abscondita est uia & cetera, dicit eum deus tenebris fieri, x. Scio Domine, quia non est hominis uia tua, corripere me in iudicio & non in furore &c.

Et ascendit super Cherubim & uolauit.

Volauit super pennas uentorum.

De hoc nihil legitur in historia, nisi illud tangat, quod Exo. xxv. precipitur Mosi, ut inspicat & omnia faciat, secundum exemplar quod ei monstratum erat in monte, inter quae erant & Cherubim ex auro productiles, in quorum medio propitiatorium, unde loqueretur dominus ad Moysen, sicut ibidem dicitur, quo simul propheta, praeter ubertate uoluptatis, etiam mysteria tabernaculi copulata, cum mysterijs montis Sinai. Incredibile est enim, quod copiose colludant scripturarum, in libertate & gaudio spiritus homo uersatur, nihil enim tunc non nouit, nihil non audeat, omnia potest, quia unctio praesens docet eum. Vnus autem scripturae postea inualuit, ut deum appellaret, sedentem super Cherubim, ut psal. xcvij. Dominus regnauit, irascantur populi, qui sedes super Cherubim, moueatur terra. Et, lxxix. Qui sedes super Cherubim manifestare, coram Ephraim, Benjamin & Manasse (id est, super arcam, quae erat ad occidentem, in quod tres illae tribus locabantur) excita potentiam tuam.

Scripturae mysteria colludunt.

Voluit enim dominus & ab initio semper id curauit, ut esset aliquod monumentum & signum memoriale externum, quo alligaret fidem credentium in se, ne abducerentur uarijs & peregrinis seruatoribus in spontaneas religiones seu potius idolatrias. Sic Gene. xxij. Mons Moria appellatur, id est, dominus uidebitur, quod illic respexerit ad oblationem Abrahamae. Et, xxxv. praecipitur Iacobi, ut altare faciat deo, qui ei apparuerat in Bethel. Hinc Moyses praecipit, ne locum, nisi quem dominus elegerit, sibi erigerent pro cultu dei, quod tamen, excelsis & lucis postea erectis, saepius transgressi sunt. Ita & tabernaculum foederis, propitiatorium, Cherubim, pro loco eis dedit, in quo eum inuenirent & inuocarent, quae omnia in Christum figurata sunt.

Externum si dei memoriale.

Nos enim nunc locum non habemus, non tamen sine signis & monumentis sumus, ut sunt Baptismus & Missa, sed nec ipsa ulli sunt loco affixa, Christus enim nunc ubique regnat, & ubilibet licet baptisari, praedicare & sacro pane uesci, quare nostrum propitiatorium, noster Cherub, in abscondito sunt, & mysterio uerbi fidei tantum comprehendere possunt, Christus est propitiatorium, ut Ro. ij. docet Paulus, quem proposuit deus, propitiatorium in sanguine eius, in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Duo Cherubim cum alis suis sese superne contingebant, & propitiatorium operientibus, in propitiatorium mutuis uultibus prospicientes. Duo sunt testamenta, quorum alterum est uerbum legis, alterum uerbum gratiae, quae inter sese etiam aduersa uidentur, dum lex auget peccatum, gratia tollit, tamen in Christo conueniunt, quia quod erat impossibile legi, deus mittens filium suum, damnauit peccatum de peccato, ut iustificatio legis impleretur in nobis.

Hoc uolunt

Hic dicitur etiam, qui dicunt, Cherub significare multitudinē seu plenitudinē *Cherub.*
 scientiarum, quod ministeriū utriusque uerbi, legis scilicet & pmissionis seu gratiæ,
 seruatur & ueritate, quando per fidem in nobis regnat, quæ ministerio utriusque
 nobis parat. Nā quod noster, ascendit super Cherubim, hebraus apti-
 tudine uerbitur seu equitat, ut uitale regnū fidei in nobis exprimat, Nō ergo
 noster cherubin ulli loco affixus est, sed ubi ubi uerbū fidei fuerit, ibi sup Che-
 rubim sedet dñs per Christum & regnat in nobis. Vnde & in figura illud ser-
 uatum est, q̄ super propitiatorū & cherubim, nihil erat positum, quod uideret,
 sed sola fide, credebatur illic sedere deus, & inde (inquit) loquar ad te: Ita no-
 bis non nulli fide creditur, deus in Christo habitare, quod credimus testimonio
 Cherubim utriusque testamenti, nec licet nobis undeliber expectare uerbū dei,
 nisi ex isto propitiatorio Christo.

Idem uidetur per Tautologiam dici, Volauit super pennas uentorum seu
 spirituum. De spiritali enim uento loquitur, quod est ipsum uerbū spiritus, le-
 gem interpretans & gratiā demonstrans. Hoc enim uerbū, sicut uentus uelo
 citate uenit, spiras ubi uult, uocemque eius audis, & nescis unde ueniat aut quo
 uadat. Pennæ autē horū uentorū, ipsa sunt uerba uocalia, in quibus uolant spi-
 ritus istius. Nā & gentes, suū Mercurium, quo uolūt significari sermonem diuini *Mercurius.*
 nū, fingūt esse alatis pedibus, Adeo naturaliter inista est humanæ menti, alle-
 gonice auctō. Volat ergo super pennas uentorū, id est, ministerio uerbi uoca-
 lis, quo fides docetur, uolat super nos, ut ubi sit uerbum uocale, spiritu fidei ap-
 prehensum, ibi sine dubio, dominus est & uolat super eos.

Volare autē dicitur, cū Cherubim ex auro producti non uolarēt, quia uidit, *volatus uerbi*
 alas nō frustra Cherubim apponi in lege, cum alæ ad uolandum datæ sint, in-
 tellexit significari futurū, quendā uolatu uerbi per totū orbem terrarū, qui est *bi dei.*
 ipsum ministeriū uerbi, & sup hūc uolatu, sup has pennas uolaturū, & ubique
 uerbo suo presentē futurū dñm, sicut Marcus ult. dicit, Dño cooperāte & ser-
 monē confirmate sequētibz signis. Quare uolatus iste mihi uelocitatē uerbi
 per orbē significat, sicut & psal. cxlvij. dicit. Velociter currit sermo eius. Non
 solū autē hoc uerumētiā, ut neq̄ uerbi, nec cooperātis dñi quietē in Ecclesia si-
 gnificet; Nō enim cessandum est unq̄ a uerbo, sed semper in usu, motu, uola-
 tu esse debet, ut dominus ipse semper uolare, mouereq̄ in nobis fidem possit,
 qui & si omnia per se possit, nō tamen nisi ministerio uerbi facere statuit, ut si
 dei locus sit & nostræ infirmitati consulatur, quæ ferre non potest diuina, nisi
 uerbo inuoluta, quo uelut in utero suo nos portat, ut lsa. xlvi. dicit.

Quare non spernendum est, quod uolandi uerbum geminauit, ut nos eru-
 dieret, spiritū domini non ferri super aquas populorū, nec presentī numine re-
 gere, nisi eos, qui uerbo catechizantur, ut destrueret præsumptio humanæ uir-
 tutis, & liberi arbitrii, commendareturq̄ gratia & humanitas saluatoris nostri
 dei, in eos, qui audiunt uerbum dei & custodiunt illud, sic & Deutero. xxxij.
 scribitur. Dominus uolasse super populū Iacob, sicut aquila prouocās ad uo-
 landum pullos suos & super eos uolitans. Si quis autem uolatum super pen-
 nas uentorū petere uolet, ex historia montis Sinai, non magnopere cōtendo,
 potest forte dici, dominum quando in montem descendit, super pennas uen-
 ti uolasse, non enim monte ceu sustentaculo usus est, cum in aere potius sub-
 stitisse dicendus sit, ut qui non portat ab ullo, sed portat ipse omnia uerbo uir-
 tutis suæ, quod eo uolatu significatum sit.

Et posuit

Et posuit tenebras latibulum suū, in circuitu eius tabernaculum suū
Tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Obscuritas
secunda.

Quia obscuritas semper est fecunda, sicut & imperitia, ideo propheta peccat iterum uideri, gemellam figuram tangere & Sinai & tabernaculi, saltem parte priore, quæ de tenebris sanctifanctorum & tabernaculo uidet loquitur. Quæ in sancto sanctorum nullum fuit lumen, significabat inhabitatē Ecclesiam suam deo per Christum, fidem esse in cordibus eorum, quæ nec comprehendit, nec comprehendit, nec uidet nec uidetur, & tamen omnia uidet. Est enim argumentū rerū, ualde quidē præsentū, sed nequaq̃ apparentū, sicut Aqua forderis, erat præsentissime in sancto sanctorū, nō tamen apparebat. Ita tabernaculum eius fuit in circuitu eius, quia in medio sanctifanctorum ipse sedebat, quo significatum est, ut psal. xlv. dicit, Deum esse in medio Ecclesie sue, ideo non posse eam cōmoueri, Quam & similes prophetias ex ea figura hauserūt.

Credendum
corde.

Nō enim deus in nobis regnat superficialitatenus, lingua & uerbo, sed in uirtute, nec sunt stabiles, qui in lingua & uerbo in eum credūt, sed qui corde credunt, iusti sunt, in quorum medio ipse habitat, hi sunt fortes & adiuantur in omnibus uultu dei (id est, præsentia dei) ut psal. xlv. Adiuuabit eam deus uultu suo, seu mane diluculo, id est, præsentia ualde numine & ipso uultu.

Moriendum
per legem
carne.

Sed ad montem Sinai quoq; ueniamus, de quo scriptum est q̃ descendente domino, mons operiri cepit caligine, & ipse in uertice & medio mōtis, recte dicitur posuisse tenebras latibulum suum, quo eadem fides est significata, per quā habitat in medio Ecclesie sue in cordibus nostris ubi non uidetur. Hæ autem tenebræ dum extra nos sunt, litera occidens est, temblis prudentie carnis quæ uehementer exhorret occidi & tamen occidi oportet, sicut ex occidendā docet, ut cum Mose ascendat ad uerticem montis, ingresso in caliginem ad dominum, Neq; enim ad dominum intra caliginem uenitur, nisi mortificata per legem prudentia carnis.

In circuitu suo tabernaculum, scilicet posuit, idem est per repetitionem, q̃ in hebræo non sit præpositio, in, sed sic, circuitum suū, tabernaculū suum, hoc est, sicut posuit ut tenebræ essent latibulum suum, ita posuit ut & circuitus suus esset tabernaculum suum, quod mihi uidetur in eum sensum dici, quod fides seu Ecclesia fide sanctificata, sit illud in quo deus moratur, Nam ideo ponit tabernaculum suum, nō nisi id quo circuitur, id est, clauditur & abscondit, sicut sancto sanctorum circūtebatur & claudebatur & in monte Sinai, nube & caligine circūtebatur. Et ualeat aduersus personarum respectum, quod dicit, tabernaculum suum, esse id quo circuitur, quicquid illud tandem sit, nec nomē nec personam habet: Quicunq; enim eum circundant eiq; adherent, siue gentes, siue Iudæi, siunt eius tabernaculū, nō est enim distinctio, Verum aspera (ut dixi) hæc carni ingressuræ sunt, suauia spiritui ingresso. Nō enim homo nisi per tenebras fidei, fides non nisi per mortificationē carnis ingreditur, unde tenebræ istæ donec sunt exteriores, mors & infernus sunt, ubi fuerint factæ interiores, uita & salus sunt, Litera enim opponit caliginem & crucem, sed spiritus sui dei perumpit & ingressus caliginem, inuenit dominū, ideo qui fugit & horret caliginem, sicut populus Israel, excusans se ne fieret eis uerbum legis, non peruenit ad dominū, nisi enim legem audieris quæ te humiliet & crucigat, dominum intus cum Mose loquentem non audies, sed nec Moses intrat nisi uocante

accipere domino, sicut habent uerba Exodi. Tenebrosam aquam in nubibus aeris. Hierony. in nubibus ætheris. Certe poterit hebreo etiã dici, in nubibus nubium, utraq; enim dictio, nubem significat, ut densam & coactam nubem intelligamus, qualis est tempestas. Meliusq; in accusativo, tenebrosam aquam & sine præpositione. In hoc modo. Posuit tenebras latibulum suum, circuitum suum, tabernaculum suum, tenebrosam aquam, ut sequentia declarent præcedentia, ac si dicat, latibulum suum esse tenebras, in quarum circuitu habitaret, quæ fuerunt aquæ illæ nigre in densissima nube tempestatis, quibus omnibus significatur, mortificatio ueris hominis, quã in suis exercet per uerbum legis dominus, & tamen hoc non facit crudeliter, cum sit prope omnibus, quibus hæc mala facit, ut beneficiat, sed in circuitu suo fiunt. Quare licet passim, hæc tenebrosam aquam in nubibus aeris, speculationibus dederint in obscuritatibus prophetis, nos tamẽ consequentiam uerborum & sententiarum obseruantes, per aquam tenebrosam, opus legis intelligimus, id est, mortificationes carnis, tristitias conscientiarum, & iram iudicij, quibus caro affligitur, sicut & ad sensum, tenebrosæ illæ nubes tempestatis, quibus sunt simul & tristes & molestæ. Nam & aqua & caligo, tristitiam, persequutionemq; significat in scripturis sanctis.

Nubes autem nubium, seu nubes aeris, ipsi sunt Apostoli tristitia mundo nunciantes, dum omnes sub peccato concludunt per legis uerbum, ipsi enim sunt circuitus domini & in medio eorum ipse laet præsens & per eos operatur omnia in uerbo, sic Isai. v. de uinea domini, quam uocat Israel, dicit, Et nubibus meis mandabo ne super eam pluant imbrem. Et, xl. Qui sunt ij, qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Sed dum atræ nubes soluuntur pluuunt salutarem imbrem, quæ prius nigredine sua minari uidebant interitum, ita præcator legis occidit, & tamen uiuificat, ubi legem spiritualiter in Christo impletam docet. Frequens est allegoria ista nubium, & pluuiæ in scripturis pro ministerio uerbi.

*Præ fulgore in conspectu eius, nubes transierunt,
Grando & carbones ignis.*

Sensum huius uersus, quo præcedentibus coheret, fateor me prorsus non intelligere. Itaq; glosa mea prima esto, hoc uerbum, Nescio, Verum ut melioribus occasionem demus, in incertum disputemus. Aug. & Hierony. intelligunt significari, transitum Apostolorum a Iudæis ad gentes, sed consequentiam non tradunt, quia hoc factum intelligatur a fulgore in conspectu domini. Et ne putemus nos solos torqueri hoc loco, ipse Cassiodorus, præfulgore, putat unam esse dictionem numeri pluralis & referendam ad nubes, quasi præfulgidæ nubes diuersis, scilicet nihil mirum, nos labi quando tanti uiri, tam insigni lapsu, pene delirant.

De irabo & ego interim, hætenus namq; ministerium uerbi cecinit, quo ad priorem eius partem, quæ est doctrina legis, quæ, ubi præsens dominus cooperatur, peccatores humiliant. Nunc posteriorem & alteram partem canit, quæ post uirtutem legis, uerbum gratiæ humilitatos exaltat & consolatur, ita erit sensus: Nubes illæ nigre & terribiles, quibus per uerbum legis, ira dei reuelatur transierunt, prætereunt & euacuantur, præ nimio splendore & claritate, quæ in conspectu eius est, hoc est, reuelatio & cognitio dei, qua cognoscitur eius misericordia.

cordia

IO
ernaculatus
propheta potest
ali, saltem patet
loqui. Quoniam
Ecclesiam suam
comprehendit.
Est enim ar
bitrio Acta for
ta taberna
ipse scilicet
sua hauserit
o, sed in cir
ti corde cre
uuantur in
deus uul
u.
scendente
tis, recte
ficata, per
r. Hz au
iz carnis
cicidenda
m ad do
ficata per
em, qd
um, hoc
tus suos
ad fides
non ita
f, sicut
& cali
taber
me nec
gentes,
a ut di
nisi per
e tene
ntio
ritus su
& hor
s, non
ligat
t nisi
rante

*Cognitio sui
& dei.*

cordia, tam dulcis est, ut prior tumultus uerbi legalis amplius nō contritū
Sicut enim (ut Bernhardus ait) Cognitio sui, sine cognitione dei, desperatio
nē, ita cognitio dei, sine cognitione sui praesumptione operat, si modo cogno
tio dei dicenda est, quae sine sui cognitione est, cū speculatiua tñ sit necessario.

Sic Paulus. ij. Cor. iij. tribuit fiduciam & spem cognitæ gloriæ dei, dicens
Si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministratiō ius
stitiæ in gloria, nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter ex
cellentem gloriam, habentes ergo talem spem, multa fiducia utimur. Et intra
Nos autem reuelata facie, gloriam domini speculantes, in eandem imaginem
transformamur a claritate in claritatem tanq̄ a domino spiritus. Vides Apo
stolum gloriam reuelatæ faciei enarrantem pene eadē uerba huius uerbi po
nere, præ fulgore conspectus eius, Quid est fulgor conspectus eius, q̄ gloria seu
claritas faciei reuelatæ dei?

*Vultus domi
ni super nos.*

Quid ergo est gloria domini? quid reuelatio faciei? diximus psal. iij. & aliq̄
Vultum domini & conspectū dei super nos, & in conspectu nostro positū, aliud
nō esse, q̄ presentem & ppitium dominū habere, in eum cōsidere, & ut uultus
habet scripturæ, nosse dominū, quod nō nisi per fidem fit in hoc seculo. Sic ex
Hieremia Apostolus heb. viij. Et nō docebit unusquisq̄ proximū suū, dicens,
nosce dominū, Omnes enim scient me a minore usq̄ ad maiorem. Et isa. xi.

*Gloria dei in
stificatio no
stra.*

Quia repleta est terra, scientia domini, sicut aqua maris operientis. Hæc noti
tia dei lætificat cor, sicut notitia sui contristat, quia illa proponit misericordiā
ante oculos, ut psal. xxv. dicit. Hæc peccatū contra nos ponit semper, & cogi
tare de peccato semper cogit, ut psal. l. dicit. Conspectus itaq̄ dei, est notitia re
uelata dei, in qua uidetur gloria seu claritas dei. Gloria autem dei est nostra ius
tificatio, quam uidemus non esse currentis hominis, sed miserentis dei, unde
non nobis, sed domino damus gloriam, qui, ut Apostolus dicit, Omnia facit
in laudem gloriæ gratiæ suæ, ut qui gloriatur in dño gloriatur, euacuata peni
tus nostra gloria, reuelataq̄ ignominia nostra per uerbum legis.

Grando.

Transitis autem nubibus istis, & fatis humiliatis peccatoribus per peccati
cognitionem, ministerio legis paratam, & in conspectum dei adductis, ubi glo
riam gratiæ dei agnoscentes pacificantur exultant & laudant, simul transeunt
& grandis & carbones ignis: sic enim ego arbitror, ad uerbum, transeunt, refe
rendas esse & nubes & grandinem & carbones ignis. Grando autem, allego
rice, dura & aspera legis uerba significat, siue, ut alibi dicit, increpationes in po
pulis. Ignitos autem carbones, quos idiotismo hebræo carbones ignis uocat,
intelligimus uel eosdem quos supra dixit, succensos esse ab igne, ipsos scilicet
peccatores angustia, igne exultos, siue eadē legis uerba, quibus ignis ille po
nitentia in conscientia succēditur, Quod magis probo, omnia enim illa tran
seunt, ubi dulcis misericordiæ dei notitia reuelata fuerit, Tum enim nubes pri
us odiosa, fiunt gratæ, & prædicatores legis, quos abominabamur, diligimus,
& uerba eorum dura & urentia tandem probamus: Non secus atq̄ paruulus
pedagogū suum & disciplinam eius odit, donec hæreditatem adeptus, intelli
gat, quæ fuerit duri pedagogi utilitas, quo paradiamate ad Galatas Paulus uer
tur, non inepto ad hunc locum intelligendum.

Hæc omnia puto prophetam accepisse ex ea parte historia, ubi scribitur Mo
ses ascendisse in montem, & ingressus fuisse caliginem, scilicet in conspectum
domini. Neque enim coram domino hanc tempestatem fuisse, sed in circuitu
eius duntaxat, intelligimus, ut & uersu precedente dixit, Sicut ergo Moysi in
gredienti

gredenti in conspectum dei, gloria domini apparuit, unde & retulit ex eodē
 confiteri sermonis domini, gloriam uultus sui, ut Exo. xxxiii. scribitur, simul
 in gratulatore conspectus dei. Ita & nobis, docente Apostolo, reuelata fa-
 re domini gloriam speculantibus, & in eandem eodem claritatis consortio,
 imaginem transformatis, multa est spes & fiducia, cessat exactor, superatum
 oneris eius, sceptrum exactoris eius & uirga humeri eius, per par-
 uulum, qui natus est nobis & filium qui datus est nobis Isa. ix.

Hic propheta, uel auget historiam, uel proprio spiritu allegoriam lu-
 dit. Non enim expresse legimus in Exodo, grandinem & ignitos carbones in
 monte Sinai de caelo missos, sed quia ualida tempestas fuit, intelliguntur, &
 ignis, grandis, nix, spiritus procellarum, nō minus mixta fuisse, q̄ in Aegy-
 pti plagis mixta fuerunt, cum utrobique, idem legis officium figuratum fuerit.

Hæc pro meo captu dixerim, alius abundet suo sensu, nam uerbum, transi-
 erant significare mutationem, illud Matth. xxiii. probat. Cælum & terra trā-
 sībunt, uerba autem mea non transībunt, quam significationem hoc tempore
 & loco apprehendi. Q̄ si quispiam uolet intelligi: Nubes, grandinem, carbo-
 nes, transire præ claritate conspectus dei, id est, uerbum & increpationes legis
 ualere & pertingere nec impediri, quin efficiant id in peccatoribus, propter
 quod prædicantur, ob præsentiam gloriæ dei prædicatæ, quæ confundit super-
 biam hominum, sicut psal. lxxvj. uidetur loqui. Etenim sagittæ turæ transeunt,
 non damno, potest & hic transitus, pulchre quadrare præcedentibus & sequē-
 tibus, quo efficacia uerbi monstret, ut Heb. v. uiuus & efficax est sermo dei, &
 penetrantior omni gladio ancipiti, nec meū est diffinire, ultra sententia præteret.

Et intonuit de caelo dominus, & altissimus dedit uocem suam.

Grando & carbones ignis.

Hic uersus prope cogit, posteriorem sententiam præcedentis uersus acce-
 ptari, tamen utranque uideamus, de priore prius, Ex historia uidetur illud refer-
 re, quod Exo. xix. scribitur, Dominus respondisse Mosi loquenti, deinde uo-
 ces auditas & dominum locutum, decem præcepta. Quorum allegoria est, so-
 lus domini uoce impleri legem, Quid est enim Mosen loqui, & dominum re-
 spondere, nisi per Mosen legem dari, per Christum autem, qui legi responde-
 at & eam solus impleat, gratia & ueritatem fieri, ut Iohan. i. dicit: Lex per Mo-
 sen data est, Gratia autem & ueritas per Iesum Christum facta est. Intonat er-
 go de caelo dominus, id est, de choro Apostolico prædicat uerbum gratiæ, &
 idem dat uocem suam, per repetitionem dictum, Vox enim domini, uox uir-
 tutis est, ut psal. xxvii. uidebimus, & psal. lxxvj. Ecce dabit uoci suæ, uocem
 uirtutis.

Qua figura & psal. cxlvij. pulchre iudit. Qui dat niuem sicut lanam, nebu-
 lam sicut cinerem spargit. Mittit cristallum suam (id est, grandinem) sicut buc-
 cellas, ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Emitter uerbum suū & lique-
 faciet ea, stabit spiritus eius & fluent aquæ. Quibus omnibus significatur, mi-
 nisterium prædicationis, quod asperum est priore legis, dulce autem posteri-
 ore uerbi officio. Hoc sensu, oportet, Grandinem & carbones ignis alia signi-
 ficatione accipere q̄ præcedente uersu accepimus, nam illic aspera & urentia
 legis uerba diximus, hic iucunda & refrigerantia significari, dici oportebit.

li ij Quod &

to continet.
 dei desperatio
 modo cogno
 sit necellano.
 dei, dicens:
 minuitur iu-
 re, ppter ex-
 tur. Et infra
 in imaginem
 Vides Apo-
 s uerbus po-
 q̄ gloria lea
 uij, & alip,
 ofiū, aliud
 & ut uisus
 uilo, sic ex
 suū, dicit,
 Et Iſa. xi.
 hæc notiv
 ricordiã
 & cogi-
 otitia re-
 oftra iu-
 ſi, unde
 ſia facit
 ra peni-
 peccati
 ubi glo-
 nſeunt
 t, refe
 llego-
 in po-
 uocat,
 allicet
 e poe-
 a tran-
 es pri-
 imus,
 nulus
 atelli-
 us ut
 Mo-
 tum
 inq̄
 in-
 anti

Quod & si aliquo studio possimus utriusque asserere, ut uerbum gratiae asperum sit urens carni & sanguini (Nescit enim homo precium eius, sicut iudaeus lohan. vj. Sermo Christi, qui erat sermo uitae, durus erat & sermo mortis, Et Paulus fatetur sese esse bonum Christi odorem, alijs tamē in uitam, alijs in mortem) apparet tamen esse uiolentum & coactum.

Erit ergo tunc uerborum ordo: Dominus dedit uocem suam, quae est grando & carbones ignis, id est, aspera & urens, deus enim noster ignis conuulsus est, immo ut Hierem. xxij, dicit: Nonne uerba mea sunt quasi ignis, dicit dominus, & quasi malleus conterens petram? Quare & alteram sententiam, sub uerbo dicium cuiusque tractemus, ubi & si satis in praecedentibus dixerat, terram commotam, fundamenta concussa, irascente domino, & ipsum uoluisse super Chanaan, & alia, quibus uirtus uerbi legis declarata est, & praesentia domini in ministeris uerbi, tamen hoc ipsum etiam his uerbis tractat idem inculcaturus & explicaturus, dicens, Nubes ipsas praefulgore eius fuisse efficaces & dominus in eis de caelo tonasse, dedisse uoces suas gradineas & igneas, ne id operis, quod lex minando, terrendo, turbando, surgando, increpando, arguendo, urendo, & consumendo (haec enim omnia uidimus in his uerbis dari ministerio legis operatur, ipsis nubibus, Apostolis & praedicatoribus tribuat, sed soli deo, qui dat nubes, grandinē, ignitos carbones trāsire, ipse enim dat hanc uocem suam de caelo. Sic enim & in historia legimus, fuisse sonitum tempestatis, ante uocem buccinae, ut clarior & clarior legis intelligentia detur, assiduitate docendi.

Patet ergo & translators non intellexisse hos uersus, dum per solocū uerterunt, dedit uocem suam, grando & carbones ignis, Vbi uertendum erat, uocem suam, grandinē & carbones ignis in accusatiuo, a uerbo, dedit, pendente, ubi siue uocem distinguas a carbonibus & grandine, siue coniungas, nihil refert, Modo per utrumque intelligas uocem praedicationis, quae ut uaria est & uarijs affectibus seruans, ita numerosis illis caeli impressionibus figurat, ut sunt, stellae, pluuia, grando, nebula, nix, fulmen, fulgura, & omnibus quae ex caelo labi possunt, siue uiuificatiua, siue mortificatiua, quorum priora uerbo uitae, posteriora uerbo legis accommodanda sunt: Caeli enim sunt Apostoli, ut se quere psal. uidebimus.

II. Reg. xxij. Non nihil uariant hi uersus, sic enim legunt. Posuit tenebras in circuitu suo latibulum suum (ubi omittit latibulum suum, & pro tabernaculum suum, latibulum suum ponitur) cribrans aquas de nubibus caelorum (pro densitas a quarum in nubibus nubium, densa enim nubes cribrare uident aquas) Praefulgore in conspectu eius, trāsierunt carbones ignis, (pro quo nolite textus, ibi dicitur, praefulgore in conspectu eius nubes, successi sunt carbones ignis, nubes enim superfluunt, & successi sunt, idē uerbum est, quod trāsierunt, utrumque significans) Et intonuit de caelo dominus & altissimus dedit uocem suam (ubi non repetitur, grando & carbones ignis) Quam diuersitatē, ociosis & studiosis relinquo.

Et misit sagittas suas & dissipauit eos.

Fulgura multiplicauit & conturbauit eos.

Euidens est allegorice prophetam loqui de sagittis, cum nihil in historia de eisdem legatur, quae sagittas appellat ipsa fulmina, de quibus dicit, Exo. xix. Et coeperunt micare fulgura, sic & psal. lxxvj. uocat, Etenim sagittae tuae transeunt, uox tonitruum in rota. Hinc uerba, quibus configitur conscientia, sagittae uocantur, psal. xxxix. Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi, Et lob. vi. Sagittae

gratia domini in me, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores domini
 militant contra me. Multa de sagittis eiusmodi passim legimus, ut & psal.
 sagittas suas ardentibus esse cit.

Sunt ergo ista fulgura, fulmina, sagittæ, eadem uerba legis, terrentia, turbam
 & contingunt cor peccatoris, perseverat enim propheta ad huc, in explicam
 do & inculcando officio legis. Vnde & hic uersus, argumento est, uersus præ
 cedentes, posteriore sententia intelligendos esse de ministerio uerbi legalis,
 magis quæ de uerbo gratiæ, ut stet ratio consequentiæ: Diximus enim, uerbum
 legis esse uarium & multiplex in opere suo, quod in corde peccatoris opera
 tur, terrendo, minando, arguendo, urendo, &c.

Ideo & uarijs in Sina monte symbolis tempestatis, & hoc alijsq; locis, uar
 ijs uerbis tempestatis, explicatur, quæ omnia inagis ac feliciter experientia in
 telliguntur, quæ uerbis edisserantur, quando quidem & propheta quasi suis uer
 bis ea nequirit consequi, ad historiam sese recepit & allegoricis uerbis uolu
 it indicare magis quæ explicare.

Quare & nos, si alia non possumus complecti, hoc sumus contenti, uniuersa
 illa tempestate montis Sinai & omnium uerborum, quibus illa refertur, non
 his tradi totum illum tumultum, quem suscitatur uerbum dei, in corde pecca
 torum, quo ad odium sui & mundi mutantur, salubriterq; occiduntur. Hæc
 enim sunt bella domini uirtutum, qui de cælo dimicat contra eos, sicut Iudit,
 v. dicit Dibora. Ut stet summa, scopus & intelligentia huius psalmi in hoc,
 quod Christus passus, resuscitatus, per spiritum sanctum predicatus, creditus
 & cultus, humiliat superbiam mundi. Hic est enim summarius & breuis intel
 lectus huius totius psalmi, ut facile quiuis intelligit, qui obseruat.

Dicit autem, dissipauit eos, hoc est, dirupit atq; diuisit, non enim uenit pacem
 mittere sed gladium, quo non modo a domesticis suis, sed etiam a seipso diuis
 deretur homo odio animæ suæ in hoc mundo. Et fulgura non tantum misit, sed
 multiplicauit, ut multitudinem prædicantium mundum tumultu crucis inuolue
 ret, sic & psal. lxxvij. Dominus dabit uerbum Euangelisantis uirtute (exerci
 tu) multa. Mitta, inquit, piscatores multos & piscabuntur eos. Salutaris ergo
 dissipatio & conturbatio ista, qua ad ueram unitatem & pacem ducuntur. I. I.
 Reg. xxij. sic dicit. Et misit sagittas suas & dissipauit eos fulgur & consumpsit
 eos. Aliqui per fulgura, intelligunt miracula, quibus dominus sermonem Aposto
 lorum confirmauit, quos permitto in suo sensu abundare, neq; enim inepte dicit.

Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum,

Ab increpatione tua domine: Ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

Hoc ad historiam nullo modo pertinere potest, in qua nihil de fontibus
 aquarum, & fundamentis terrarum dicitur, nisi illud Exodi. xv. alligat: Venerunt
 in Helim, filij Israel, ubi erant duodecim fontes & septuaginta palmæ,
 quibus figurati sunt duodecim Apostoli & septuaginta discipuli Christi, co
 muni omnium iudicio, ut sic propheta, totius exitus historiam, carptim tractet
 & pro libertate spiritus sui, mysteria noui testamenti canter. Reuera enim, per
 ministerium uerbi, cognouit mundus, Apostolos esse fontes aquarum, princi
 pes orbis terrarum, sicut promissum erat Abraham & semini eius. Sic & psal.
 xliij. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos, principes: super omnem
 terram. Idem psal. lxxvij. dicit: In Ecclesijs benedicite domino, de fontibus Israel.

Li iij Siue ergo

Apostoli &
libri apostolo
rum idem.

Siue ergo, uiuos Apostolos & prophetas, siue eorum libros intelligamus, nisi eos dominus, per uerbi ministerium & miraculorum uirtutes reuelasset, & magificasset, ita nec libros & intellectus eorum, nisi reuelante spiritu Christi, ullus talis ac tãtos arbitraretur, qui fontes & fundamenta essent terrarum. At intellectus & sensus Apostolicus, optimum, quod in Apostolis fuit esse recte creditur, ut nihil sint, reliquæ uestium, ossium, locorum, quæ simplicis uulgi fidem utcumq; alunt, ad reliquias librorum seu potius sensus, qui nullis libris relin qui potest, sed solius spiritus beneficio seruari in cordibus fidelium suorum. Hæc sunt fundamenta, de quibus Paulus Ephe. ij. dicit. Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei superædificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum.

Quare & hic uersus, pars argumenti est, prophetam hoc psalmo loqui in spiritu, & de historia, sumptam; allegoriam literaliter tractare, in Christo.

Increpatio sa
lubris.

Hoc totum autem factum dicit, non arbitrio humano aut providentia nostra. Quis enim uerbo suo tãtam uirtute in unq; tribuit, ut hæc fierent, quæ ministrato Euangelio per mundum, facta sunt, incredibilia magalia dei, hoc psalmo prædicta & nunc impleta? Facta ergo sunt hæc, ab increpatione tua domine, quia increpasti gentes & perijt impius, salubriter increpati, in melius sunt mutati, sic Ioh. an. xvj. Ille arguet mundum de peccato. Et Ro. xj. conclusit enim deus omnia sub incredulitate, ut omnium miseretur. Et. iij. ut obstruatur omne os, & subditus fiat mundus deo, quia ex operibus legis non iustificatur omnis caro, coram illo.

Altera pars uersus, ab inspiratione spiritus iræ tuæ, sic enim in hebreo distinguitur, Spiritum iræ dei componit cum inspiratione, qua uiuificatur homo uel animal uiuum, ut Gen. ij. Spirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Nonne spiritus iræ potius occidit, q̄ inspiret uitam? Ita sane, spiritus est qui arguit mundum de peccato & reuelat iram dei super omnem hominem, ut Ro. j. dicitur, sed hoc ipso illis, qui hac ira humiliantur, inspirat uitam gratiæ. Sic Iam. xj. Percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impiũ.

Habemus ergo ministerium prædicationis Ecclesiasticæ hic descriptum, & fructum resurrectionis Christi crucifixi, quæ omnia per spiritum sanctificationis facta esse dicit, quemadmodum & Paulus Ro. j. loquitur, in super scriptio- ne sua, qua breuissime & pulcherrime, omnia comprehendit, quæ de ministerio uerbi & fructu resurrectionis Christi, hoc psalmo dicta sunt, ut facile est uidere diligenter utraq; conferenti & obseruanti.

Misit de summo & accepit me. Et assumpsit me de aquis multis.

Cum in superioribus, Christus confessus sit, sese passum, clamasse & exaudiri, deinde miracula per resurrectionem suam per orbem, uerbi ministerio, facta, cecernerit, merito quaritur, cur denuo gloriatur se assumptum de multis aquis, Nec enim postq̄ suscitatus & prædicatus est, de aquis assumptus est. Ego non arbitror, reuerti eum ad id quod coeperat de sua liberatione, quasi de mirabilibus uerbi prædicta interseruerit: Sed pro simplici ratione consequentiæ, opinor eum nunc loqui in persona Ecclesiæ suæ. Postq̄ enim prædicatus est uerbum Crucis, turbati peccatores & ad fidem conuersi fuerunt, mox cœpta est persecutio, prima omnium apud Iudeos, donec ad gentes ire cogerentur Apostoli, propter incredulitatem & furorem eorum.

Quare cã

Quia eam ipsam historiam hic canit, quam de apostolis & fidelibus in actibus Lucas scripsit, ad quam pulchre colludet sequentia, ubi populum humilem opponit, superbo populo iudeorum & gentium obedientiam contra illum inobedientiam iactat, & contra hoc dicit in gentibus, quod utique non in persona propria potest intelligi dictum. *Christus in Ecclesia loquitur.* Facit & hoc aliquid ad rem quod ab hoc versu, in fine psalmi ferme omnia verba sunt tantum temporis, cum haecenus fuerint praeteriti, Vt Christum de Ecclesia & in Ecclesia loquentem intelligamus. Nam & Act. ix. Christus de caelo ad Paulum dixit, Saul Saul, quid me persequeris? cum tamen solum Ecclesiam Christi persequeret. Sic & in introitu tuum & uiam tuam ego prescivi & furor tuus contra me. Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas, cum tamen populum Israel persequeretur.

Hinc psalm. lxxxiij. audeat dicere: Quoniam inimici tui domine sonuerunt, & qui ode rante extulerunt caput. Et tamen sequitur, Super populum tuum, malignauerunt consilium. Hoc enim, promittit Exo. xxiiij. Inimicus ero inimicis tuis. Et Zach. ij. Qui tangit uos, tangit pupillam oculi mei. Et Gen. xij. Maledicam maledicentibus tibi. Dicit itaque Christus in persona Ecclesiae suae ex Iudeis collectae. Mittet de summo & accipiet me, & assumet me de aquis multis. Hoc fecit, quoniam spiritum sanctum de caelo misit & congregauit sibi de Iudeis furibundis, quotquot praedicta uerba. *Aqua, populi* Aqua enim multae, hoc loco, populi Iudeorum sunt, ut Apoc. xviij. Aquae, quas uidisti, populi sunt & gentes, quae & multis alijs locis scripturarum, allegorice, populos significant. Neque enim haec uerba accipiendi, ereptione a malis significat, id quod sequens uersus dabit, sed electionem & separationem ab alijs, ut de Enoch. Gen. v. Quia tulit eum dominus. Et. xx. propter mulierem quam tulisti. Videtur propheta alludere ad illud Exodi. ij. Vocauitque nomen eius Moses, dicens, quia de aqua tuli eum. id est enim uerbum, Masa, hoc loco, quod illo, ponitur. Et Moses figura fuit eorum, qui de aquis sumuntur, id est, de ceteris eliguntur. Vnde Moses, interpretatur, non a Moys quod est aqua, ut somniant quidam, sed ab assumendo, assumptus seu extractus, quia de aqua sumptus est.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis.

Et ab his qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me.

Eripuit (ut dixi) hebraeus, ut Ecclesiae uocem agnoscas per Christum, praedictam. Sunt autem uerba fiduciae & spei in deum, quia inimicos fortiores & ocores & robustiores se fore putat, ut desperandum esse nobis sciamus de humano quocumque praesidio, qui Christiani esse uolumus. Non enim brachio seculari & fulminibus uanissimis idolorum istorum defendit Ecclesia uera & germana, sed ficticia ista, & quae nomen Ecclesiae ostendit, uirtutem autem eius negat. Legimus autem actibus Apostolorum, quod si ferax & potens fuerit populus Iudeus cum suis principibus in Apostolos & discipulos domini. Verum liberari, glorificabant deum, & uel in uno Paulo conuerso hunc uersum impleuerunt.

Præuenerunt me in die afflictionis meae:

Et factus est dominus protector meus.

Explicat modum ereptionis, qui fuit, quod in medio persecutionis non deseruit Ecclesiam, sed affuit protegens eam, ne fortiores hostes, eam extinguerent, nec hoc solum, sed eduxit quoque eam in latitudinem, ut sequens uersus docet. Hoc est, quod dicit, in die afflictionis, id est, nec in ipso tempore persecutionis, quando uide-

li iij barpeni

bar penitus derelicta, & illi superiores, me dereliquit, sed protexit me. In quibus iterum fides commendatur nobis, esse rerum non apparentium, sed oportere nos credere tunc esse, praesente domino, fortissimos, quando sumus omnibus infirmiores, sicut Paulus dicit. Cum infirmior, tunc fortior sum. Et Iohel. ij. Infirmus dicat, quoniam fortis sum. Non enim hoc prudentia carnis capit.

Et eduxit me in latitudinem,

Saluum me fecit, quoniam uoluit me.

De angustia afflictionis educet in latitudinem consolationis. Sic Paulus. ij. Cor. j. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra &c. Latitudo enim & angustia, allegorice, consolationem & tribulationem significant psal. iij. In tribulatione dilatasti mihi. Tristitia si quidem contrahit, gaudium dilatat cor & frontem, Prouer. xv. Cor gaudens exhilarat faciem, in merore animi desiccatur spiritus. Et. xvij. Animus gaudens atat floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa. Et secura mens quasi iuge conuulsi.

Latitudo, angustia.

Confessio purissima.

Saluum me fecit, Melius Hieronymus. liberabit me. Item, quoniam uoluit me Hieronymus, quia placuit ei. Est autem sensus: Voluntas & beneplacitum suum in me fuit, sicut de Christo dicitur Matth. vj. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene placuit. Et Luca. ij. Et in terra pax hominibus bonae uoluntatis, id est, beneplaciti. Est autem purissima confessio, fidentissimaque gratitudo in eo uerbo, fecit mihi haec dominus, non quia digna, aut ullis operibus merita fui, sed gratuita sua misericordia, quia sic placitum fuit ante eum, ut humilia respiceret & liberaret, ut non gloriaretur coram eo omnis caro, sed qui gloriatur in domino gloriatur, quia non currentibus nobis, sed complacente & miserente illo, salui erimus.

Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam.

Et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

Oportuit & hoc uerbum, retribuet, in praeterito, similiter ceteris, aut cetera quoque in futuro, reddi, ne intelligentia & ordo confundere. Hic enim sese Ecclesia comparat impietati synagoga, cuius comparatione digna fuit, liberari & educi in latitudinem, & si in conspectu dei non haberet, in quo gloriaretur, nisi gratuita beneplacitum dei. Quo affectu, uidimus & psal. vij. & xvj. peti iudicium a deo super iustitiam. Et si enim nos non nisi accusatione nostri, coram deo iustificamur, tamen impij multis modis nobis iniuriam faciunt, praesertim in uerbo dei. Hoc est, quod hic allegat iustitiam suam, propter quam sibi retributa gloriae liberationem ab inimicis. Aliud est enim iudicium inter deum & nos, aliud inter nos & impios aduersarios, de qua re, inter Iob & amicos suos grandis disputatio est, uolentibus illis, hominem posse eo peruenire, ut & iustus coram deo sit, si coram hominibus nullo sit peccato pollutus, ille contra, iustitiam coram hominibus arrogat, sed coram deo peccatorem sese confitetur, cui omnes peccant & egent gloria dei.

Iob & amici disputant.

Retributio merita quid sunt.

Diximus psal. xij. retributionem in scripturis magis sonare, mutationem passionis quam dignitatem meriti: Nihil enim sunt merita nostra apud deum, sed ipse gratuita misericordia, dum reddit, mutat nostram tristitiam in gaudium, angustiam in latitudinem, sicut dicit Isaias. lxxj. Ut darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis, pro spiritu meroris. Caueamus ergo, iustitiam meam & puritatem seu innocentiam manuum mearum, ab Ecclesia iactatas intelligere, coram deo, sed impij, in Ecclesiam peccata sua confidentem,

rectorem, qui sunt, qua iustitia meretur recipere contraria q̄ ab impijs patif, & impiorum contraria q̄ sperant, Sic Deutro. ix. prohibet dicens: Ne dicas in cor- de meo, quoniam deleuerit dominus deus tuus eos in cōspectu tuo, propter iustitiā meam, intro duxit me dominus, ut terram hanc possiderem, cum propter impi- tatem istas iste deleat sint nationes: Neq̄ enim propter iustitias tuas & equi- tatem cordis tui, ingredieris, ut possideas terras eorum, sed quia illæ impiæ ege- runt, introeunte te, deleatæ sunt, ut completeret uerbum suum dominus, quod sibi iuramento pollicitus est, patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob: Scito er- go, q̄ non propter iustitias tuas dominus deus tuus dedit tibi terram hanc optimam in possessionē. Gloriarī ergo aduersus impios, de iusta causa possu- mus & debemus, sed corā deo subdi & taceri ei q̄ soli gloriā tribuere oportet. Aduerter autem, iustitiam meam, pertinere ad patientiā, puritatem manuum ad innocentiam, hoc est, quod iniq̄ue est laesa, mala ferens propter iustam cau- sam, & nulli malum reddens aut faciens, propter iniuriā, hoc ipso scilicet me- rita educti in latitudinem, quia placitum est domino, pro sua gratuita miseri- cordia, in talibus hominibus.

Quō gloria
andum.

Quia custodiui uias domini
Nec impie gessi a deo meo.

Peritat in comparatione sui ad synagogam, ut probabunt sequentia. Iusti enim & si in carne sua peccatum habent, & corpus eorum propter peccatū sit mortuum, Spiritus tamen uiuit propter iustificationē, ut Apostolus Ro. viij. dicit. Contra, impij, in carne sua iustitiam suam ostentant, in spiritu tamen eo- rum est dolus, propter impietatem. Ita iusti foris agunt ut peccatores, intus ue- ro sunt iusti, impij autem foris sunt iusti, intus peccatores. At nulla cōparatio spiritus (quæ est impietas) ad peccatum carnis (quæ est rebellis concupiscen- tia) ita nulla est comparatio iustitiæ carnis (quæ est operatio legis) ad iustitiam spiritus (quæ est fides in Christo.)

Impij & ius-
ti intus &
foris.

Hoc est, quod hic dicit, se custodire uias domini, Quo autem modo custo- diuntur: In spiritu, non in carne, fide, non operibus, gratia, nō libero arbitrio. Ideo adiungit, Nec impie gessi a deo meo, id est, hæc est custodia uiarum domi- ni, non esse impium in deū. Impietas autem (ut sæpe dixi) incredulitas est, quæ per sua opera nititur iustificari, quæ ubi fuerit, nulla est custodia uiarum domi- ni. Hebraus simplici dictione, ראשונה ראשונה Rasath dicit, id est, si liceret dicere, Im- pius fui a deo meo. Impietas autē est discessio & declinatio a deo, Si- cut psal. xij. uidimus. Et Hiere. xvij. Maledictus uir qui confidit in hominē, & recedit cor eius a deo. Ideo hebraico idiotismo dicit, nec impius fui a deo meo, non recessi a deo meo per impietatem.

Cum ergo tam magnum sit peccatum impietatis collatum reliquīs concu- piscentiæ in carne priorū, recte gloriatur Ecclesia, se non transgressam uias do- mini, nec impiam fuisse in eum, sicut sunt aduersarij eius, qui tamen propter iustitiam & zelum dei, in eam ferociunt.

Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo,
Et iustitias eius non repuli a me.

Sugillat im

Sugillat impios, de quibus psal. ix. Auferuntur iudicia tua, a facie eius. Tale fuit & æmula eius synagoga, quæ omnium maxime uideri uoluit, iudicia se ante oculos habere, nõ repellere iusticias eius a se, quæ in Ecclesia habita minis ream faciebat semper. Quæ concertatio manet, donec caro & sanguis manet, cuius prudentia, dum iustitiam spiritus non capit, & suam argui nõ patitur, Contra prudentia spiritus, iustitiam carnis laudari non patitur, & iustitiam fidei prædicat, fit, ut perpetuo bello conerantur hi duo paruuli Esaiæ & Isabæ in utero Rebeccæ.

Beatus ergo uir, qui meditatur in lege domini, die ac nocte, hic enim nec conspectum suum habet, omnia iudicia dei, nec repellit a se iusticias eius (Hebr. iustificationes eius) hic est, qui custodit uias domini, quæ in iudicijs & iusticijs eius præcipiuntur. Haberi autem in conspectu iudicia dei, indicat et distingi: Vbi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Matthæi, vi. Opus autem habemus assidue, legem dei ante oculos nostros uersare, quia multus turbamur & distrahimur rebus & casibus, Hoc tamen sua sponte faciet, uoluntas in lege domini, quæ nisi assit, cito proiciemus retrorsum sermones domini, ad quod mox sequitur, neglectus uiarum domini, & impietas in deum &c.

iudicia & iustificationes.

Iudicia & iustificationes, hoc loco, sic differre credo, ut iudicia ad probationes pertineant, quibus iudicatur uetus homo, & iustificationes ad præcepta, quibus iustificatur spiritus, nouus homo.

Et ero immaculatus cum eo.

Et obseruabo me ab iniquitate mea.

Hic plane confitetur, reliquum ueteris hominis, contra quod se pugnatum promittit, sicut Apostolus Gal. v. & Ro. viij. & alijs locis docet mortificare carnem & membra, quæ sunt super terram. Itaq; custoditis omnibus uis dominici & euitata impietate, semper manet negotium crucifigendæ concupiscentiæ in nobis, quo emaculemur & renouemur de die in diem coram deo, & obseruemus nos ipsos ab iniquitate nostra, ne nos superet, peccatum enim non nobis dominabitur, quia sumus sub gratia, nec concupiscentijs carnis obedimus, ut regnet peccatum in mortali nostro corpore, licet non cesset sollicitas re, ut regnet & dominetur.

*Crucifigenda
semper caro.*

Hanc renouationem assiduam & obseruantiam peccati, impij contemnunt, mundi enim sibi uidentur, quia iudicia & iustitias dei non habent in conspectu suo, nec intelligunt quæ grandem & absolutam munditiam exigant. Emphasin etiam ob eandem causam addit, cum eo, id est coram eo. Nam impij, qui has maculas contemnunt, immundi fiunt, de die in diem coram domino, hoc ipso quod mundissimi coram seipsis & hominibus sunt. Dictionem, *in* On, quæ hoc loco, iniquitatem reddidit, nondum habuimus, nescio qua ratione dicitur, nam ab alijs nominibus iniquitatem significantibus, Libenter ego, opera carnis eo significari admitterem, ut ad originale peccatum referat, ut sit, On, malum quod effrenis concupiscentia perpetrat, hoc est, quando peccatum regnat & dominatur, in opus prouens. Cætera enim uocabula, magis legem prohibentem, quæ originem mali furentem respicere uidentur, sic psal. l. Ecce in iniquitatibus conceptus sum &c. Quæ si uera essent, ualde nostro proposito comoda forent, ubi Ecclesia se custodire proponit, ne peccatum reliquum in carne, prodeat in opus.

Et retris

Et tribuet mihi dominus secundum iustitiam meam,

Et secundum puritatem manuum mearum, in conspectu oculorum eius.

Repetit idem quod dixit supra, ut clarius dicat, & plura addat. Hoc totum, in
adversarios impios, qui & haec non credunt & longe alia de se opinantur: Perpe-
tuam enim fugillat ex obliquo impiam synagogam, quae est generatio illa, quae
sibi in munda videtur, & tamen non est lota a sordibus suis. Prouerb. xxx. ideo pijs
sibi Ecclesiae perpetuo imputat immunditiam & damnationem, tanquam, quae maxi-
me pugnet contra deum, nedum immaculata sit coram eo & custodita ab iniqui-
tate sua. Contra quam (ut dixi) suam causam iustificat, & longe alia de se pro-
nunciant iudicante deo, praedicunt, quae ab impijs pronunciantur: Et si enim, non est
iusta nec pura manibus coram impijs, est tamen in conspectu oculorum dei, id
est, dei & omnium qui oculos dei habent, hoc est, qui spirituales sunt. Impij enim
omnia peruersa iudicant, deus recte iudicat, ideo fit, quod hic sequitur, quod
mundis omnia munda, immundis nihil mundum, Impio etiam sanctus est pollu-
tus, & innocens est nocens, electus est reprobis, & diuinus est daemoniacus,
propius cum peruerso omnia peruersa, quod accidit, quia iudicat secundum con-
spectum oculorum suorum, non secundum conspectum oculorum dei, Vnde
de sequitur.

Cum sancto sanctus eris. Et cum uiro innocente innocens eris.

Et cum electo electus eris, Et cum peruerso peruerteris.

Reddit hic causam, quae fit, ut impij piorum omnia damnent, causa est, quod im-
mundi & peruersi sunt ipsi, & talia quisque iudicat, qualis est ipse, ut ex Apосто-
lo ad Titum retuli. Immundis nihil est mundum, quia inquinata est eorum mens
& conscientia. Dixit ergo puritatem manuum se habere, & iustitiam, sed non in
conspectu impiorum, in quo potius iniquitas & immunditia abominabilis &
intolerabilis est, quicquid est & facit pius, pro quo tamen contemptu reponet
ei deus gloriam & honorem, interim fide & spe se ipsum solatur, dicens.

Sine, ut qui sordidus est, sordescat adhuc, permittenda sunt hominibus per-
uersis peruersa sua studia, nos in hoc gloriamur quod in conspectu illorum repro-
bi, in tuo sancti sumus, quia cum sanctis sanctus es tu, Hoc est, ut nouam & ad-
mirabilem afferamus gloriam, cum peccatore sanctus eris. Nam sanctus ille, cum
quo deus sanctus est, nullus est, nisi qui sibi negat, deo soli tribuit sanctitatem,
retento, per ueracem confessionem, sibi soli, peccato, Sicut illi Danie. iij. Deo no-
stro iustitia, nobis autem confusio, sicut est dies haec. Atque haec ipsa ueritatis confes-
sio, quae in deum referunt sanctitatem, facit, ut eadem refluenta in eos, sancti-
ficentur & ipsi. Veritas enim uere sanctificat, ueritas autem est, nos esse immu-
dos omnes, & solum deum sanctum.

Proinde, qui sic sunt sancti, hoc est, uere humiles & in oculis suis uiles, ij
quicquid deus dicit & facit, pro re sacra & optima habent, Et dicit illud psal.
cxviij. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum, Et iterum, cxliij. Fidelis do-
minus in omnibus uisus suis, & sanctus in omnibus operibus suis: Mortificata
enim uoluntate eorum, non delectantur, nisi in uoluntate dei, qua quicquid
eis acciderit, laudant & benedicunt & uenerantur. Contra, peruersus & impi-
us, cuius uoluntas uiuit in omnibus, nihil non damnat quod deus dicit & fa-
cit, uult enim omnia secundum suum sensum cadere, quem ipse sanctum fan-
ctorum arbitrat, quod cum fieri non possit, id quod reuera sanctum dei est,
peruertit

sanctus qui sit,

Omnia dei damnant peruersi.

peruertit atq; uelut prophanissimum & execrabilissimum damnat. Exemplum est, pius homo, in quo deus est, loquitur & operatur, quem impius ferre non potest, ita necessario cum peruerso deus peruertit, & pro sancto execratur, si peruersa sunt, etiam quae ex deo habet.

Pius in omnibus sanctificatur.

Vides ergo, deum non quo ad suam substantiam & naturam suam, sanctum, electum, innocentem, peruersum fieri, sed secundum uerbum & opus suum quod operatur in bonis & malis spiritibus, & utrosque recipere in seipsum, quod in deum referunt. Nam ut pius eo ipso quo se polluit & deum sanctificat optime in omnibus quae uiuit & operatur sanctificatur, ita impius eo ipso quo se sanctificat & deum polluit, pessime polluitur in omnibus quae uiuit & operatur. Qui enim se ipsum sanctificat, non potest deum non polluere in omnibus suis uerbis & factis: Qui autem deum sanctificat in omnibus uerbis & factis suis, non potest se ipsum non polluere, Est ne igitur mirabilis ista pollutio & sanctificatio, ut alius sanctitate polluitur, alius peccato sanctificetur? Est ne impius omnium infelicissimus qui ipsa sanctitate polluitur? Est ne pius omnium felicissimus qui ipso peccato sanctificatur? Qua causa? infra dicit: Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superbiorum humiliabis. Non est ergo sanctitas tantum magna, quin polluat si homo sibi eam arroget, nec soli deo referat, nec peccatum tam magnum quin sanctificet si homo uera confessione sibi idipsum tribuat & deo auferat.

Sanctitate polluitur peccato sanctificatur.

Notatu dignum

Sanctis omnibus sanctis.

Impio nihil sanctum.

Mutuū cum deo.

Deo sic placet.

At arduissimum est sibi non arrogare sanctitatem & deo non tribuere peccatum. Quis enim in omnibus quae deus nobiscum operatur, sic affectus est constantiter, ut omne opus & uerbum eius sanctificet, id est, eum rem sacram reueratur & amplectatur? Quis poenas, ignominias, mortes & omnia mala pro sanctis rebus ducit, quas cum reuerentia suscipiat? Iob sanctus erat unus ex illis, cui omnia quae deus intulit sancta erant, dicens: Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus? dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum.

Quare impium cui uel pilus (quod aiunt) tangitur contra quod ipse elegerit, & uide an non ter centum tonet ore deos, iniqua, impia, noxia esse uociferans quae sibi contigerunt, nec ex deo, sed diabolo uenisse quicquid acciderit sibi tam sancto, innocenti & electo uiro, His enim nominibus peruersus sese ornatur & uendit, deo uero contra (id est, diuino operi & uerbo) nocentiam iniquitatem, & quicquid mali est, tribuit hac ipsa insipientia sua.

Ex his iam facile intelliguntur toti hi duo uersus, nam cum innocente innocens eris, aliud non est quod in oculis piorum uideri innocentiam quicquid deus dicit & facit, omnia enim illius laudant & iustificat. At hac ipsa sua confessione & affectione coram deo quoque sunt innocentes in omnibus quae faciunt & dicunt. Mutuum enim felicissimum habent cum deo, ut qualem ipsi deum habent, tales habeantur a deo. Innocens autem hoc loco חַמִּיּוּם thaminim, id est, integer, probatus, perfectus, immaculatus dicitur, ut psal. cxvii. Beati immaculati in uia, Et Cant. v. Columba mea, immaculata mea, Teuthonice, from, qui neminem laedit, omnia facit quae debet.

Ita & illud: Et cum electo electus eris, eodem sensu, aliud non est quod pius sic esse affectus, ut quicquid deus cum eis fecerit, pro re electa habeant, & aliter fieri nollent, optime in ea contenti laudantes & benedicentes dominum, hoc solo sibi coplacentes, quod deo sic placitum esse intelligat, sicut Matth. xj. Christus exultasse

et confessus fuisse, quia reuelarit pater hæc paruulis, & ab
 recondere sapientibus, non alia causa, q̄ quia sic placitum fuerit ante eum. Hac
 ratione & ipsi sunt electi coram deo, & sicut eligunt ita & eliguntur. *Pij damnatur
 ab impijs.*
 Potestatem habere nõ capit caro, nec impij intelligunt, quibus potius contrariũ
 est, scilicet nec custodiri uias domini a pijs nec seruari eos ab iniquita-
 tibus, nec retribui puritati manuum eorum, nec esse deum cum eis sanctum, inno-
 centem, electum, sed potius quicquid egerint, hoc totum esse impium in deũ
 & hominem, unde & totum damnatur pro stultitia, errore, peccato, hæresi, quic-
 quid pijs senserint & fecerint. Vt hæc omnia uerba Ecclesiæ nõ nisi fide capiã-
 tur uera esse, cum longe aliud in specie & oculis hominum appareat, sicut sa-
 piens diximus.

Ex quibus intelligimus prophetã hoc loco non de electione æternæ præde-
 stinationis, nec de prima iustificationis gratia, sed de ipso fructu, usu, opere & *verbum &
 fidei gratia
 quia in hominibus
 ne opereitur.*
 premio gratiæ loqui, vult enim ostendere quid operetur & impetret uerbum
 & fidei gratia in hominibus. Sicut & illud. j. Reg. ij. Quicumq; honorificauit
 me glorificabo eum, qui autem me contemnunt, erunt ignobiles, neq; em-
 erit me glorificabo eum, qui autem me contemnunt, erunt ignobiles, neq; em-
 homo prior deum honorificat q̄ a deo per gratiam uisitetur & honoretur, sed
 accepta iã gratia laborat, ne propter homines siue amicos siue inimicos a gra-
 tia decidat & faciat quod deum offendat, ubi si propter deum sustineat igno-
 miniam ab hominibus, perseveras in deo honorificando, reponet ei deus glo-
 riam pro ignominia, & cõtra omnium sensum, cum sancto sanctus erit, & cũ
 electo electus. Hunc esse intellectum præcedentia & sequentia clare ostendunt,
 dum dicit sibi retribui secundum puritatem suam, quo ostendit se iam in pri-
 ma gratia constitutum, iniqua patientem, a deo tandem eligendum & honoran-
 dum. Et infra, Quoniam tu populum humilem saluum facies, ubi declarat se
 cum superbis, in usu acceptæ gratiæ uersari.

Dixi autem & superius, oportere sacræ scripturæ tractatorem diligenter ob-
 seruare, ne uerba dei, quæ de usu & opere gratiæ loquuntur, ipsius gratiæ prin-
 cipio aptet, & hinc uenenum hæreseos illius hauriat, quæ tribuit libero arbi-
 trio uirtutem disponendi se ad gratiam recipendam, quale faciunt in illo Za-
 chariæ. j. Cõuertimini ad me & cõuertar ad uos, & similibus. Quare, sanctum,
 innocentem, electum, hoc loco, debemus imaginari piũ hominem, qui pro-
 pter uerbum & fidem dei, sceleratissimus, nocētissimus, reprobissimus, in ocu-
 lis suis & hominũ habetur, & plane indignus, qui uiuat, nouissimus uiro-
 rum & despectus. Esse autem dominũ cum eo sanctum, innocentem, electum, aliud
 non intelligi, q̄ eum esse contemptorem personarum, respicere autem solum
 ad humiles istos & contemptos, ut eos sanctos, innocentes & electos tandem
 declarat, quia ipsi cum sanctum innocentẽ & electum cõfessi sunt & tulerunt.

Ita duplitate potes dominum intelligere, sanctum esse cum sanctis, actiue *sanctus cum
 & passiuè, q̄ ab eis sanctificat, & eos rursum sanctificat, hoc est, quod Chri-
 stus quocq; dicit. Qui me cõfessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego
 coram patre meo. Et iterũ. Qui mihi ministrat, honorificabit eum pater me-
 us. Quo autem honorificat, nisi q̄ sanctum, innocentẽ electumq; esse decla-
 rat, quem impij prophatum, noxium & perditum habuerunt & declarauerunt.
 Sunt enim uerba consolationis ad eos, qui pie uiuentes in Christo, con-
 tempti sunt in hoc seculo.*

Cum peruerso autem peruertaris, *Wie es gott macht / so ist es nicht recht /
 ideo e contra, Wie sie es machen / so ist es auch nit recht.* Hic est Moab, ille su-
 perbus

perbus paratus semper docere deum & iudicare omnia, quæ in suis dicitur
 cit deus, interim tamen nõ aliud q̄ deum ore sonans & bona ac sancta docere
 ac facere præsumens. Id quod Iudæorum, præ omnibus gētibus, uicij p̄prium
 fuit. Non enim deus in natura sua peruertit, sed in uerbo & opere suo quibus
 regnat in pijs hominibus. Quare & hic in spiritu locutum prophetæ obserua-
 tes, peruersum istum intelligimus eum, qui in oculis suis & hominũ non mo-
 do peruersus non est, sed solus sanctus, innocēs, electus, plane sanctus sancto-
 rum, inter sidera nidum suũ collocans, & se annũ in dextra dei arboris, cui
 omnia sordent quæ dicũt & faciunt pijs, sua uera omnia fulgent, et hæc ipsa per-
 uersitate, quia peruerse de deo & seipso & omnibus sentit, meret, ut locutus ipse
 deum peruertit, rursus peruertatur a deo, & ostendat omnibus peruersus.

B. Hierony. sic transfert, cum peruerso peruerter. Et illud, cum innocēt in-
 nocenter ages, quo indicat, actiue uersus hos intelligi, quo studio dicendum
 quoq̄ fuit, Cũ sancto sanctificabis, & cum electo eliges, uel sic, Sanctum san-
 ctificabis, innocentē innocentem facies, electum eliges, peruersum peruerter,
 nisi q̄ hebræus idionismus nescio quid negotij tribuere uideatur deo, cum dicit,
 Cum sancto sanctus eris, cum peruerso peruerter. q. d. negotium sanctificandi,
 perficiendi, eligendi, peruertendi tibi dant impij, dum omnia tua peruertunt
 & se solos iustificant.

Quoniam tu populum humilem, saluum facies,
 Et oculos superborum humiliabis.

Populus Christi. Vides in persona populi Christi hæc dici, qui sanctus, innocens, electus est,
 sed humilis, ut dixi, hoc est despectus, & qui nihil min⁹ q̄ sanctus & probus,
 & electus sit coram peruersis istis & superbis. Ita reddit optime rationem om-
 nium prædictorum & iustum dei iudicium prædicat. Ideo enim sanctos sancti-
 ficat, quia humiles saluos facit, ergo sancti sunt humiles, id est, uiles & abiecti,
 ideo & peruersos peruertit, quia oculos superborum humiliat. Ergo peruersi
 sunt superbi & honorati & magnificati, q. d. hæc iudicij tui æquitas imo na-
 tura tua, humiles exaltare & cum illis esse, superbos autem humiliare & cõtra
 eos esse, de qua re multa diximus, & plena est scriptura.

Sancti sunt humiles.
Superbia oculorum. Proprie autem dixit, oculos superborum, nõ superbos, uitium enim super-
 borum in oculis est, quia alta sapiunt & ea etiam uident de se, quæ nulli sunt,
 ut non sit necesse res ipsas, de quibus superbiũt humiliare, cum nullæ sint, sed
 oculos tantum, quibus fastidiunt humiles & sese mirantur. Prouerb. xxx. de
 eisdem Iudæis, Generatio cuius oculi sunt excelsi, & palpebræ in altum surre-
 ctæ. Contra Paulus Ro. xij. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes,
 Iob. xxij. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, & si inclinauerit oculos suos, sal-
 uabitur. Ita impij oculos habent arrectos ad uirtutem, iustitiam, sapientiam, pijs
 uero inclinatos ad infirmitatem, peccatum, stultitiam, ideo superbum sequit̄
 humilitas, & humilem suscipiet gloria. Prouerb. xxix. Et contritionem præce-
 dit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus. Eiusdem, xvj. O qualia uerba,
 quantæ sententiæ.

Quoniam tu illuminas lucernam meam,

Domine deus meus illumina tenebras meas.

Et hoc ad populum Christi pertinere satis clarum est, Christus enim tene-
 bras illu-
 bras illu-

In te non in me, te rectore, teq; illuminatore, non me cursore & operatore, quoad tentationes, sciens q; manu tibi tradita, consilium tuum expectandū sit. Sic psal. xliij. Nec enim in gladio suo possederunt terram & brachium eorū non saluauit eos. Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio uultus tui, quoniam placuisti in eis. Tu es ipse rex meus & deus meus qui mandas salutes iacob. In te inimicos nostros uentilabimus cornu, & in nomine tuo speremus in nos. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus nō saluabit me &c. Ecce uera Christi Ecclesia nescit brachiumulare, quod hodie impij pontifices unice amplectuntur, inuocant & metuunt, q; pulchre concordat eorum uita & sensus cum diuinis scripturis.

Hierony. & ij. Reg. xxij. rectius: Quoniam in te curram accinctus & in deo meo trāsiliam murum. Metaphoram enim trahit a militibus animosissimis in bello. Nam accinctus, qui *Wagedud* hebraice dicitur. iij. Reg. xxij. latrunculus dicitur, quem nos militem dicimus. Sic enim dicitur ibidem: Immisitq; dominus ei latrunculos Chaldeorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon. Vult ergo dicere: In fiducia tui tuncq; illi

Quoniam in te eripiar a tentatione;

Et in deo meo transgrediar murum.

In te, non in me, te rectore, teq; illuminatore, non me cursore & operatore, quoad tentationes, sciens q; manu tibi tradita, consilium tuum expectandū sit. Sic psal. xliij. Nec enim in gladio suo possederunt terram & brachium eorū non saluauit eos. Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio uultus tui, quoniam placuisti in eis. Tu es ipse rex meus & deus meus qui mandas salutes iacob. In te inimicos nostros uentilabimus cornu, & in nomine tuo speremus in nos. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus nō saluabit me &c. Ecce uera Christi Ecclesia nescit brachiumulare, quod hodie impij pontifices unice amplectuntur, inuocant & metuunt, q; pulchre concordat eorum uita & sensus cum diuinis scripturis.

Hierony. & ij. Reg. xxij. rectius: Quoniam in te curram accinctus & in deo meo trāsiliam murum. Metaphoram enim trahit a militibus animosissimis in bello. Nam accinctus, qui *Wagedud* hebraice dicitur. iij. Reg. xxij. latrunculus dicitur, quem nos militem dicimus. Sic enim dicitur ibidem: Immisitq; dominus ei latrunculos Chaldeorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon. Vult ergo dicere: In fiducia tui tuncq; illi

Kk ij illuminatio

luminationis ad nullius pauebo occursum, pugnabo aduersus quodlibet genus inimicorum, superabo murum & quicquid oppositum mihi fuerit, hoc est, in me infirmior, in te ero inuictus, & sicut Paulus gloriatur, Phil. iij. Pollum omnia in eo qui me confortat, Et. ij. Cor. ij. Deo gratias, qui non semper triumphat in Christo. Quare murus hoc loco non peccata significat solum, sed potentiam quoque inimici, contra quam pugnat Ecclesia Christi per fidem uerbi dei, sicut in re militari pugnatur contra muros hostium. Nam turres & muri in scripturis allegorice significant duces & protectores & maiores in populo, ut psal. cxxj. Fiat pax in muris tuis & abundantia in turribus tuis, iacob. in muris & rectoribus Ecclesie, xlix. Ecce muri tui in oculis meis semper, ita hie, Murus pro muros, id est omnem potentiam huius mundi, in qua formis ille cultor dit atrium suum donec ueniat fortior & uincat eum.

Potestas mundi non tollitur sed superatur
Et proprie dicit transilium seu transgrediar, non ditam aut destrui, quia potestas mundi non tollitur per uerbum fidei, sed superatur tantum. Non enim Christus Cesaris regnum sustulit, sed sublimius regnum ueritatis condidit. Et Paulus subiecit omnem animam potestatibus sublimioribus, Rom. xvi. secus carnem, qui tamen secundum spiritum omnes asserit liberos esse in Christo. Similiter & Petrus, ij. Pet. ij, increpat futuros illos dominationum contempores, qui & ipse libertatem Christianam predicat, Ita uincimus omnia, tunc maxime quando omnibus subiacemus.

Deus meus, impolluta uia eius, eloquia domini igne examinata.
Protector est omnium sperantium in se.

Idiotismus hebraicus.
Deus, non est in heb. sed absolute, Deus, quod idiotismo hebraico dicitur, pro eo quod nos diceremus: Dei impolluta uia, Hebræus enim dicit, dei impolluta uia eius, ut psal. cxvij. mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo, Et Gen. ij. de ligno, quod est in medio paradisi, non comedas ex eo, quem loquendi more & nostra uernacula habet, dum dicimus, Von dem holtz mitten im paradisi / do soltu nit von essen. Item, Lynem regent de Kirchem / de gepurt nit zu streyten. &c.

Verba uita, conscientia.
Pergit autem dulci affectu, quo delectatur in deo, diuina eius uerba commendare, sicut hactenus opera commendauit, aduersus tam opera quam uerba superbiorum & impiorum. Nam, quod deus cum sancto sanctus est, & corroborat eos, qui in eis confidunt, hoc facit, per conscientiam puram, Pura enim conscientia laeta & animosa est. Pura autem non fit, ullis operibus aut doctrinis hominum, sed lege & uia domini, ut psal. xvij. Lex domini immaculata conuertens animas. Quale enim est uerbum domini, talis & uia, id est uita secundum uerbum, qualis uita, talis conscientia. At uerbum domini sicut argentum igne examinatum, purgatum septuplum psal. xij. Atque hoc facit, ut impij in deo latari non possint, sed omnia eorum sint peruersa quia iniquitates sunt uiae eorum, quibus omni tempore, in doctrinis & mandatis hominum ambulant & sibi in eisdem placent, etiam ipsa lege domini tracta in suas eadem opiniones.

Ecclesie ad synagogam comparatio.
Quare comparationem oportet obseruare, quia Ecclesia se synagogam per totum comparat, glorians in deo, qui non modo omnia opera Ecclesie probat, sed & doctrinam uerbi purissimam ei dedit, iuxta quam sancta, electa innocens uiuit. Contra impiam synagogam, & opera & uerba polluta facit, quod tumlibet aliud in oculis hominum appareat. Nam ut impij, uitam ita & doctrinam piorum pollutam esse iudicant, ignorant iustitiam fidei, quæ ex deo est, & suam querentes ita.

venire debere quæ ex operibus est. Ex qua deinde non potest aliud sequi quæ
 presumptio, contra quos dicit hic, protector est omnium sperantium
 in deo. Qui enim in uia dei ambulat & uerbo eius inhaerent, non in seipsis con-
 fidunt, sed in deo, a quo etiam solo proteguntur, cum illi suis se uiribus, operi-
 bus doctrinis protegant, opus enim habent pii protectore deo, cum propter
 impollutam uiam domini & pura eloquia dei semper ab impijs patiantur & ad
 uersionem quærantur.

Quoniam quis deus præter dominum?
 Aut quis deus præter deum nostrum?

Protector est omnium sperantium, quia est unde possit protegere, cū præ-
 tereum non sit deus alius, qui noceat. Sic. j. Reg. ij. Non est sanctus ut est do-
 minus, neque enim alius est extra te & non est fortis sicut deus noster. Ex quo lo-
 co David huius uersus partem posteriorem accepit, sunt enim eadem uerba.
 Hieronymus quoque hebræum ייזר Zur, non uertit, deus, sed fortis, dicens, &
 quis fortis sicut deus noster. Non etiam coniunctio disiunctiua, aut, sed copula
 uia, & poni hic debet. Est enim uersus tautologicus.

Est igitur sensus consolatorius Ecclesie aduersus insultationem & iactan-
 tiam Phenannæ istius synagogæ. q. d. Si ille protegit, quis nocebit? Si deus pro-
 nobis, quis contra nos? Quis est qui uobis noceat, si boni æmulatores fueri-
 tis? Sic & Anna. j. Reg. j. contra suam æmulam præsumptuosam eadem dixit,
 & addit. Nolite loqui sublimia gloriantes, quia non in fortitudine sua robo-
 rabitur ullus.

Deus qui præcinxit me uirtute,
 Et posuit immaculatam uiam meam.

Iterum hebraismus. Deus qui præcinxit, pro, Deus præcinxit, uel, Qui præ-
 cinxit, sicut deus meus, impolluta uia eius. Et idem uocabulum hic, immacu-
 latam, quod illic impolluta, scilicet תהמים Thamim, id est, innocentem, ut tibi,
 Cum innocere innocens eris. Supra dixit, Impollutā uiam domini, hic impol-
 lutam uiam suam iactat, Atque cum superius abunde dixerit se non impie gessis-
 se a deo, & iustitiam suam ac puritatem manuum suarum confessam, quid denuo
 eadem toties repetit & ingeminat, uelut superfluis uerbis Battologisans?

Dixi, meo sensu, prophetam hoc psalmo Ecclesie primitiuæ statum in per-
 sona Christi canere usque ad uocationem gentium, ideo in principio caput eius
 Christus introductus est, deinde Euangelij prædicatio & Ecclesie ortus in Iu-
 daeis, & comparatio eiusdem cum reprobis relictæque parte synagogæ, quæ suis
 iustitijs superbiens, Ecclesie fidem irrisit atque contempsit, denique & prohibuit &
 persecuta est, sicut Pharaon filios Israel in Aegypto oppressit ne multiplicarent.
 Nunc uero profectum & multiplicationem eius canere uidetur, quæ quo magis
 impij prohiberent, hoc magis fideles multiplicarent. Hunc esse sensum & uer-
 ba & sequentia monstrabunt. Virtus enim qua hoc loco se cinctam dicit, ea est,
 quæ multitudini & exercitui tribuit, sicut Isaiæ. lx. Quædo cõuersa fuerit ad te
 multitudo maris & fortitudo gentium uenerit tibi, id est, magna uis, hoc est, grã-
 dis multitudo gentium. Exo. xv. Pharaonem & uirtutem eius piccit in mare, Unde
 hæc dictio ייחיל, sæpius pro exercitu, quæ hic & alijs locis, pro uirtute trans
 Kk iij fertur, Sic

Continuatio
 nis ratio.

fertur. Sic & latini, magnam vim pecuniarum, hominum, equorum &c. dicitur quando multitudinem significant.

Circundari virtute. Igitur cingi & circumdari Ecclesiam virtute, est illud quod Lucas Act. ij. dicitur augebatur credentium in domino multitudo uirorum ac mulierum. Item significat quod cum prius uiam domini impollutam dixisset, nunc iam uiam impollutam dicit, cum tamen eadem sit uia sua & domini, ipsa enim uiam dicitur ambulare, non suam quae non sit domini, hanc enim synagoga ambulat, ut illi dicit, nos omnes errauimus, unusquisque in uiam suam, Et Gen. vi. Omnis caro corrupta

Via ecclesiae est uia dei, ab initio & semper. maculata, est probari & confirmari talem multorum imitatione, quod nisi fecerit. Quare oportuit in Ecclesia fieri, id quod Exo. di. primo figurate dicitur filij Israel creuerunt & quasi germinantes multiplicati sunt, & roborati nimis impleuerunt terram. Et iterum, Quanto magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur & crescebant. Ideo aptius hic dicit, uiam meam, quae exemplum Ecclesiae ambulantis in uia domini multos attraxit in eandem uiam. Ista enim in Apostolis absque medio ex deo habuit uiam domini, ceteri autem ministerio & exemplo Apostolorum & praedicatorum discipulorum. Id quod etiam perpetua in Ecclesia seruat deus, ut omnes quidem habeat a solo seipso doctos, & tamen omnes per hominum ministeria, uerba & exempla trahat, & per uiam Ecclesiae in uiam suam, quae eadem est, ducat. Hierony. ij. Reg. xxij. reddidit. Et complanauit per se. tam uiam meam, quod facile in eandem cadet sententiam.

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum,

Et super excelsa statuens me.

Hiero. hic & ij. Reg. xxij. Comparans pedes meos ceruis, & super excelsa mea statuens me. Scio in superioribus me per pedes exposuisse affectus animi & motus cordium, ut psal. xij. ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, quae expositio in multis locis scripturae, forsitan & hoc ualet. Sed audeo meo iterum sensu abundare, & ecclesiae pedes sic intelligere, ut coherentia aptius quadret, in spiritu enim uersamur cum propheta, Hic enim uersus ratione mihi reddere uidetur praecedentis, in quo uiam suam dixit auctam & roboratam imitatione multorum, quod nullis alijs uiribus factum est, quam ministerio Euangelij, quod non sine magno miraculo uirtutis diuinae, tam multos, tam uelociter ad Ecclesiam congregauit, cum uia domini, quae ecclesia ambulat aduersaria sit omni prudentiae carnis, nec possit impolluta iudicari ab ullis hominibus, nisi deus illorum corda mutarit, id quod incredibili uelocitate perfecit ministerio uerbi.

Miraculum magnum.

Pedes Ecclesiae, Euangelistae.

Pedes ergo Ecclesiae sunt ipsum ministerium uerbi, siue quod parum refert, ipsi Euangelistae. Sic Paulus se cursum consummasse ad Timotheum scribit, Et Act. xx. Dummodo consumam cursum meum & ministerium uerbi quod accepi. Et ad Galathas, Ne in uanum currem aut cucurissim. De ijs pedibus loquitur Ezechielis uisio, ubi pedes quatuor animalium scribit fuisse pedes rectos, & Isaia. liij. quae Ro. x. Paulus adducit. Quae speciosi super montes pedes euangelistae, praedicatorum pacem, annunciantis bonum &c. id est, quae dulcis praedicator, qui praedicat gratiam & remissionem peccatorum, Et Michea. v. Surge tritura filia Zion, quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas ponam aeras. Iterum Isa. xxxvij. Beati qui

IN PSALMVM XVII

Beati quominatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini. Et
multa similia passim in scripturis. Inde bos in area pedibus triturans, Euange/
lister significat Paulo. j. Cor. ix. Nō alligabis os bouis triturantis.

Nota autē est, ceruorū illa insignis celeritas, quæ & uerbo tribuit psal. cxlvij.
Vociter currit sermo eius. Quæ autem sunt excelsa ista super quæ statuit eā
dominus: & quæ conuenientia pedum & excelsorū: deinde uelocitatis & sta/
tis: Alij excelsa intelligunt, in quibus posita est ecclesia, Mihi adhuc de pe/
dibus loqui uideat, Hebraeus enim dicit, Stare me fecit, id quod pedum est pro/
prium, quare simpliciter sentio, idem hic dici quod Isaiæ. xl. dicit. In montem
excelsum ascende tu, qui euangelistas Zion. Exalta in fortitudine uocem, tu
qui euangelistas Hierusalem. Exalta, noli timere, dic ciuitatibus Iudæ, Ecce de
us uester. Eodem consilio & li. adiecit, montes dicens: Q̄ speciosi super mon/
tes pedes euangelisantis, Forte & hoc a ceruorum ingenio sumptū est, qui fœ/
nus suas exercent cursu, fugamq; meditari docent, ad prærupta ducunt saltūq;

Ceruorū in
genium.

Nihil ergo pugnant cursus & status pedum istorum, quando & Ezechielis
primo scribuntur & ambulasse & stetisse. Excelsa autem siue montes siue præ/
rupta, non intelligo nisi turbas populorum multorum, in quorum medio præ/
dicator stat, & cum fiducia constanter annunciat uerbum dei, quod non est
uirtutis humanæ, sicut Christus indicat, dicens Lucæ ult. Induemini uirtute
ex alto, ideo dicit. Stare me fecit. Sic Petrus, stat Act. ij. & eleuat uocem suam
ad Iudeos, Et Paulus uarijs locis. Et Christus psal. lxxxj. Stat in medio deorū.
hunc statum Isaias. xl. sua magna exhortatione fati clare exponit. Turbas
autem populorum montes uocari ex multis locis patet. Sic enim Babylonem
Hieremias ult. montem uocat, & quælibet ecclesia mons dicitur, sicut uniuersa
salis ecclesia, mons domini dicitur psal. lxxvij. & Isai. xj. & c. Mea autem excelsa
hebraeus dicit, in quo uel prouidentiam dei signat, quæ fecit, ut ministeriū uer/
bi non profuerit, nisi ihs, qui ad ecclesiam uocandi erant, uel simpliciter ipsas
ecclesias partiales sic appellat.

Stare in mō-
tibus.

Qui docet manus meas ad prælium.

Et posuisti ut arcum æreum brachia mea.

Perstat in commendandis eloquijs dei & uirtute eorum, non enim solū im/
polluta & igne probata sunt, nec solum docent & conuertunt multos ad fidē
per ministerium prædicantium sicut hætenus dixit, sed & potentia deo sunt,
(ut Paulus. ij. Corin. x. docet) ad destructionem munitionum, consilia destru/
entes, & omnem altitudinem extollentem sese aduersus scientiā dei, & in ca/
pitiuitate redigentes omnē intellectum in obsequiū Christi. Sic & ad Titum
precipit, Episcopū esse potentē, nō modo ut exhortet in doctrina sana, sed &
cōtradictōes redarguat, nec id nisi sermone fideli, qui est secundū doctrinam,
nō in argutijs humanis aut ratiunculis philosophicis, Hoc est quod dicit.

Verbi dei
potentia.

Qui docet manus meas ad prælium, Neq; enim Ecclesia mundano prælio
simpliciter est, suam habet ipsa prælium, quod iam ex Paulo retuli: Aduersari/
os scilicet uerbi, quibus, nisi dominus doceat manus ad prælium, & ærea no/
bis brachia ponat frustra congregimur: Neq; Moses & Aarōn poterant Ian/
riem & Mambrem superare, nisi in digito dei. Ex humanis rationibus, nō nisi
noxiæ oriuntur contentiones, inuidiæ, sectæ, ut idem Paulus docuit. Credo au/
tem ab

Ecclesie suū
prælium.

Kk iij tem ab

TIO
orum & c. dicit
Act. ij. dicit
Et. v. magis aut
idem significat
in uiam impol/
am dñi ambu/
e Isai. liij. dicit,
eis caro corru/
tus dicit jim/
quod nisi he/
us, tandem de/
gurate dicit,
borati nimis
magis mult/
exemplū Ec/
psa enim in
terio & exē/
perpetuo in
tamen oēs
lesiz in ui/
planauit
tr excelsa
us animi
inē, quæ
neo iterū
quadret,
e uidet
torum,
n sine
m con
lentiz
corda
rt, ipsi
t Act.
Et ad
zechi
iz. li.
præ/
orædi
ion,
cxij.
qui

tem allegoriā istam ex re bellica sumptam, in qua manibus & brachijs potissimum res geritur facile intelligi, nihil aliud uelle, q̄ prædicatoꝝ diuinitas eruditus dari in fatigabilem & inuictam uerbi docendi uirtutem ad redarguendos omnes aduersarios, sicut & Christus promisit: Ego dabo uobis os & lapidamentum, quibus non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij uerbi. Sic Act. vij. non poterant resistere sapientiz & spiritui, qui loquebantur. Hoc & Gamaliel Act. v. affirmabat dicens. Si opus istud ex deo est, non poteritis dissoluere.

Non poterant resistere.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me.

Et disciplina tua correxit me in finē, & disciplina tua ipsa me docuit.

Nescio unde iste uenerit uersus, in hebræo pro ijs omnibus unus uersus sic habet. Et dedisti mihi, clypeum salutis tuæ, & dextera tua confortauit me, & mansuetudo tua multiplicauit me. Nihil hic de disciplina, de correctione, de fine, de doctrina dicitur, sed & ij. Reg. xxij. omittitur particula ista: Et dextera tua suscepit, Vbi uitio scriptoris legimus: Et mansuetudo mea, pro mansuetudo tua.

Salus tua, protectio mea.

Totam itaq; uictoriam, quam doctis ad prælium manibus, & zreis brachijs retulit ex aduersarijs, Ecclesia non sibi, sed pia gratitudine ei cuius est, referre acceptam, ac si dicat: Quod non succubui in prælio isto pietatis, salutisq; mihi mansuetudo tua, sed doctrina sincera fidei, fecit, quod salus tua fuit protectio mea, & fauor tuus seruauit me, atq; hoc miraculo uideo, tuam fuisse solius benignitatis, uictis aduersarijs auctum esse numerum meum.

Præliū doctri-
narū ingens.
Ecclesie do-
ctrina super
captum hu-
manum.

Quod autem grande & periculosum sit prælium istud doctrinarum, nemo nisi expertus facile credit, Paulum uidemus in Galathis & omnibus epistolis, quanto spiritu, quantaq; sollicitudine in hoc prælio sudet ipse & nos armet. Astutissimus enim est serpens antiquus & simplicium corda facillime fallit, immo quem non fallit. Accedit ad difficultatem, quod Ecclesie doctrina supra captum humanum est, quam nisi deus solus doceat, seruet, triumphet, auget, omnia alia stant a parte aduersarij, multitudo, magnitudo, uis, eloquentia, ingenia, eruditio, species, opes, ut uere sit solius protegentis dei & sustentantis dextera, ut hi seruentur, qui iam credunt, & hi aggregentur qui contradicunt. Vnde & Paulus plus orationibus agit apud deum pro Ecclesijs, ut deus custodiat fidelium corda & intelligentias ne corrumpantur sensus eorum, serpentis astutia & hominum nequitia, q̄ q̄ solis uerbis, licet & ipsa ex deo, tanq; arma dei habeat, præsumat. Gratia ergo est esse instructum ad præliū, sed maior gratia uincere in prælio & seruare ciues ac subiugare hostes, rem augere, non solum tueri.

Dominus uincat.

Qui ergo sumus nos, ut uel præsumamus ueritatem tueri & aduersarios superare, aut si id non præstiterimus, indignemur: Mansuetudinis diuina est seruari & augeri, non nostræ præsumptionis, ut stet gloria soli deo.

Iam quid de nostra faciemus translatione: poterit idem sensus esse, corrigi per disciplinam domini in finem, & doceri per disciplinam domini, quod est multiplicari per benignitatem dei, Sed tanta opus est ui & tortura, quibus est sensum repugnantibus uocabulis exprimamus, ut præstet profus translatio, tentos hebraico & textu & sensu,

Dilatata

Dilatasti gressos meos subtus me,

Et non sunt infirmata uestigia mea.

Victis scilicet aduersarij uerbi, & sermone dei confirmato, atq; per ipsos firmatis & auctis fidelibus, non modo non sunt coartati & imminuti, quod aduersarij uolebant, sed dilatati & confortati gressus eius, quod fecit mansuetudo dei multiplicante eam, etiam in uitis oppressoribus, quia multo plures per eos incedunt, quam antea dum opprimerentur, ut supra ex figura filiorum Israel in Aegypto monstrauit.

Idem est per tautologiam, uestigia mea non sunt infirmata, id est, robustissima firmata, quae impij conati sunt infirmare. Negatiua enim diximus saepe esse uehementiorem affirmatiua in sac. lit. Tropum hunc hebraeum esse notum credo, Tropus hebraeus. quod firmare significat, statuere, implere, seruare, quomodo Apostolus Ro. iij. dicit legem per fidem non destrui, sed statui, Quae Ro. v. dicit infirmari per carnem. Et iterum, iij. promissionem dicit firmari per fidem, rursus non solum non firmari ex lege, sed etiam exinaniri. Eodem modo & hic dici oportet, uestigia firmata, esse uiam dei qua Ecclesia incedit corroborari, quod fit dum multiplicantur fideles, qui perambulant simul in ea.

Quare appellet autem suos gressus, & uestigia sua, cum sint gressus dei & uiae domini, supra dictum est. Ecclesia enim exemplo suo facit uias domini esse suas, & coram hominibus, ubi exemplum ualeat, non uidetur nisi uia Ecclesiae esse, sed in fide cognoscitur, totum id, quicquid est, diuini operis esse.

Alijs uidetur dilatari gressus subtus Ecclesiam, esse eam hilari charitate operantem, quia angustijs persecutionum superior est, latitudo enim hilaritas & consilio est, sed consequentia non satis decora est.

Persequar inimicos meos & comprehendam illos.

Et non conuertar donec deficiant.

Experta benignitatem dei mirabilem, qui multiplicat, dum aduersarij minuit, dilatat dum illi ardeat, firmat dum infirmant, concipit fiduciam etiam persequendi & ultro insectandi, donec ad internitionem aduersarios deleat, atque ita factum est & fit in omni uictoria populi dei, ut in principio belli uideatur hostes superiores & insuperabiles, At facta impressione confortatur, hostes cedunt & cedunt, tum ipsa persequi praesidium ceptum non desinit, donec consumat omnes aduersarios. Quare hic uersus perseverantiam belli seu uictoriae & infatigabile usque ad finem uirtute Ecclesiae describit. Quod & uerba, persequar, ite comprehendam, non conuertar, donec deficiant, seu ut Hiero. uertit, donec consumem eos, satis probant. Persequar enim hic non nouum belli initium, sed profectum cepti significat, sicut psal. xxxij. Inquire pacem & persequere eam, id est, in finem usque sequere. Et comprehendam eos, significat in totum capi & penitus occupari eos.

Hoc figuratum est in bello Iosue contra Haithas, in quo filij Israel primus cecit & infirmati ad desperationem, deinde insidiosae fugientes, donec hostes longe ab urbe traherent, uersa facie in eos usque ad internitionem eos deleuerunt. Quo significabat spiritus fore, ut Ecclesia principio simulata fuga, id est passim omnibus secundum carnem infirmata, cedere uideret, cum secundum spiritum fidei fortis, tandem uinceret & penitus deleteret hostes. Sic Antiani primo fortes, tandem ad nihil usque consumpti sunt. Non sic in libris ludicum ubi toties scribitur, filios Israel non potuisse delere Iebusaeos.

Confringam

Confringam illos, nec poterunt stare, Cadent sub tus pedes meos.

Planus est sensus ex prædictis, scilicet q̄ aduersarios comprehesos cadit & conterit, ut ipsi amissa uirtute nequeant surgere neq̄ resistere cadenti, de scribit enim hic uersus aduersariorū infirmitatem, sicut præcedentes, Ecclesie fortitudinem. Cadere sub pedibus, simplici tropo dictum puto, pro eo q̄ est humiliari aduersarios & conuerti ad fidem, Arbitriū tamen esto lectori, & hic pedes Ecclesie ministeriū uerbi intelligere, sicut Lucas dicit in Actus: Mulca turba sacerdotū obediēbat fidei, Tunc cadere sub pedibus idem est, quod obediēte Euangelio.

Et præcinxisti me uirtute ad bellum.

Et supplantasti insurgentes in me sub tus me.

Iterum uirtus hoc loco ea est quæ supra memorata est, Et præcinxisti me uirtute, id est, multitudine fidelium coronasti me. hic uero addit ad bellū, in quo gloria se se nō modo auctam fidelium multitudine, sed etiā multitudine bellatorum. Ex cæsis enim & uictis aduersarijs q̄ plurimi conuersi sunt & facti duces & pastores ecclesiarū, potentes in doctrina sana ædificare simul & pugnare, tenentes altera manu gladiū, altera ædificantes, ut de Neemia dictum est.

Auctis autem hoc modo bellatoribus, facile fit supplantare quoscumq̄ insurgentes & extolles se aduersus scientiā dei, hoc est, aucta Ecclesia semper augetur magis, & succrescit germinans, id quod in primitiua Iudæorum Ecclesia uidimus imp̄eri.

Illud, sub tus me, ad uerbum supplantasti pertinet, sicut superius Dilatasti gressus meos sub tus me, ad uerbum, dilatasti, porro solocum hūc, sub tus me, pro sub me, uel subter me, relinquo grāmaticis iudicandum.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.

Et odientes me disperdidisti.

Hactenus de ijs locutus est Iudæis, qui per uerbum uicti & humiliati in Ecclesia augmentum uenerunt. Nunc de reprobis & in incredulitate perseverantibus loquitur, Quos inimicos & osos uocat, neq̄ enim atrocis odiū passa est Ecclesia, q̄ ab ipsis fratribus Iudæis. Vide autem proprietatem uerborum, dedisti eos mihi dorsum, & disperdidisti, Terribilia sunt hæc, synagoga uincit & fugit, Ecclesia uincit & insequitur, hoc enim est inimicos dari in dorsum, ut Gen. xlix. In da manus tua in ceruicibus inimicorum tuorū. Sed & illud miserabile est, synagogam manere semper auersa facie ab Ecclesia, hoc est perpetuo odio: Agnoscere nō uult nec potest, & odium non ponit, ne tamē quicq̄ contra eam promouet, sed semper fugit & cedere cogitur. Hæc usq̄ in hodiernum uidemus ad oculum in Iudæis fieri, ita ut aptius eorum conditio nō possit exprimi paucis uerbis, q̄ q̄ sunt positi dorsum, tantum ad odiendum & mala ferenda dati.

Ita & disperditos esse clarius uidemus q̄ legamus, sed longe miserabilius est quod sequitur.

Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret,

Ad dominum nec exaudiuit eos.

Sic & Prouct.

Dari in dorsum.

Sicut Proverb. 7. de eisdem dicit. Tunc inuocabunt me & non exaudiam, ma-
ne contigent & non inuenient me. Synagoga uanissima studia & irrita uo-
ta degenans, quibus sese deo seruire & eum placare credunt, cum ille annun-
tius est Christo, neminem nisi in Christo audire & saluare uelit, Neque enim
est datum aliud nomen sub caelo in quo oporteat nos saluos fieri Act. xv. Ita
hebraea omnia laborant, frustra inuocant, frustra orant, non est eis saluator nec
excusator, nec tamen cessant a sua praesumptione indurati, de qua miseria pas-
sim in prophetis multa & horribilia.

Et cominuat eos, ut puluerem ante faciem uenti, ut lutum platearum delebo eos.

Ista cominatio & cominatio psal. primo tractata est satis, quod Iudaei duplici con-
tentione contriti sunt, & facti sicut puluis, quem proijcit uentus: Videmus enim
eos toto orbe dispersos, nusquam sedem quietam & certam habitates, nullum regnum,
nullum principatum, nihil prorsus uirium habentes. Multo autem magis in uari-
etatis impietates spiritualiter dispersi sunt, dum omnia fide Christi uarijs & pere-
grinis doctrinis circumferuntur. Sic & in conculcatione dati sunt omnibus gen-
tibus per orbem, sicut lutum platearum, quod euacuatum, prorsus nulli utile est,
nisi ad contaminandos pedes. Sic Isa. x. erit in conculcationem quasi lutum pla-
tearum. Et hebraeus dicit. Ut lutum platearum euacuabo eos, hoc est, sicut Matt.
v. de Sale insatuato dixit. Ad nihilum ualeat ultra nisi ut mittatur foras, & con-
culcetur ab hominibus. Iudaeis uero & hic duplex est conculcatio, quod & corpo-
raliter omnibus subiecti sunt & contempti, sicut inutile lutum, deinde & ipi-
ritualiter a demonibus per ignominiosam doctrinam.

Obserua emphases, puluerem & lutum platearum, electi sunt, terra solida, bo-
na & locanda, non puluis sterilis uento expositus, Et lapides preciosi, hono-
rabiles, expoliti, non lutum ignobile & uacuum omni utilitate. At sicut e pul-
uere & luto omnia euacuata sunt, quae aliquid sunt, ita & a reprobis, ut nihil
in eis sit, reliquum quod usum habeat in rebus.

Eripies me de contradictionibus populi, Constitues me in caput
gentium, Populus quem non cognoui seruiet mihi.

Hic Christus in persona sua loquitur, quod & superius dicta omnia ad per-
sonam eius pertinere possint, eo quod ipse omnia fecit, & Ecclesiam facere eadem
fecit. Clare autem propheta reiectionem synagoga & assumptionem Ecclesiae gen-
tium, sic & Haggei. ij. Christus uocatur desideratus gentibus, & Gen. xlix. Et
ipse erit expectatio gentium. Et Isa. xj. Radix Jesse, qui surget regere populos,
ipsum gentes deprecabuntur, & multis alijs locis, sicut & Ro. xv. aliquot cum
isto praesenti Paulus recenset.

Odiose autem dicit de contradictionibus populi, in quo iustitiam dei com-
medat, & culpam Iudaeorum aggrauat, ac si dicat. Nihil in isto amarulento &
indurato populo, nisi contradictio est, parum fuisset, si non crederent, aut con-
temnerent. At nunc oblatam misericordiam etiam ui persequuntur, & indo-
mito furore resistunt ac contradicunt, quo cogunt se derelinqui & me fieri gen-
tium caput, ut psal. cix. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas.

Et hic obseruandum, loqui prophetam non de Initiali, sed per seuerante im-
pietate &

Gentium salus

pietate &

Notā. pietate & eius retributione, quemadmodum superius de perseverante pietate locutus est, Nā misericordix & indurationis principia nemo novit, quæ sunt inscrutabilia iudicia dei. Ro. xj.

Et ne quis eum putet fore caput gentium eiusdem populi contradictoris, se ipsum exponit clarius, & a ludæis penitus distinguit, dicens: Populus quæ nō cognovi serviet mihi, ne ulterius glorientur q̄ solum in ludæa sit notus deus, Sic Deutro. xxxij. Ipsi me provocaverunt in eo, qui non est deus, & irritaverunt in adinventionibus suis: Et ego provocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Sic Osæ. ij. Vocabo nō populum meum, populū meū, Et erit in loco ubi dictum est eis, Non populus meus, dicitur, filij dei uiuentis. Quod autem dicit, Non cognovi refert Aug. ad corporaliē præsentiā Christi, qua uisitauit ludæos, potest autem referri melius & ad omnia alia quæ huic populo familiariter exhibuit, qualia sunt lex, promissa, miracula, & quæ Ro. ix. etiam Paulus memorat, quæ gentibus non exhibuit, quibus illos solos agnouisse dicit, cōtra uirginibus Matth. xxv. & hypocritis Matth. vij. dicit: Nescio uos.

In auditu auris obediuit mihi,

Filij alieni mentiti sunt mihi.

Comparat obstinātam ludæorum perfidiam cum prompta gentium fide, illi multis signis uirtutibusq̄ honorati, lege & prophetis instructi, demum ipso Christo & Apostolis docentibus uocati, nec sic ad fidem uenire uoluerūt. Nihil horum gentibus exhibitum, sed tantum auditus & sonus Euangelij ad eos peruenit & mox obediērūt, quia sic preordinauerat deus, Hoc est, quod insigni epitali, fidei promptitudinem commendat, in auditu auris audient mihi, (ut hebræus habet) quia solo uerbo aure percepto crediderunt gentes, cū prophetas & legem non habuerint.

Auditus seu auditio tropo linguæ proprie utitur spiritus pro ipso uerbo uocis, ut Isa. liij. Domine quis credidit auditui nostro: id est, uerbo quod nos prædicamus audiendum. Abacuck. j. Domine audiui auditionem tuā (id est uerbum tuum audibile) & timui, mire q̄ placet ista proprietas, qua duplex mysterium indicare uidetur spiritus, primum, q̄ uerbum dei tale est, quod nisi omnibus sensibus clausis, solo auditu percipias, & ei credas, non capias, ut Isa. vii. dicit, Nisi crederitis nō permanebitis, stultificat enim & exæcat uerbum dei, seu ut Apostolus dicit, captiuat omnem intellectum in obsequium Christi. Quo tropo & Christus ad pharisæos dixit: Sermo meus non capit in uobis, Quod nemo intelligit, nisi in die tribulationis, ubi destitutus homo profusus omni cōsilio, simpliciter hæret uerbo & ductilem sese præbet auditui diuino.

Hinc illa querela in scripturis de populo ludæico, q̄ auribus grauer audituerunt, nec inclinarent aures suas, nec obedirent uoci domini, quia in die tribulationis non sese præbuerunt ductiles uerbo dei, sed suis se cōsilijs & oculis regere uolebāt, hoc est, nō crediderūt, sed sicut equus & mulus sentire uoluerūt.

Actum igit̄ credendi (ut uocant) nescio quibus uerbis possis aptius eloqui, q̄ ista periphrasi diuina, Auditu auris audiuit mihi, hoc est, stultus sibi fuit populus gentium, ut mihi crederet, in his quæ nō uideret, nec caperet, q̄ pulchre huc fabula illa Galliæ Herculis trahi possit, quis nō uideret? Quid aurex cathenula populos per aures molliter trahētes, q̄ uerbum uocale dei, quo credētes trahunt ad

Gentium prom
pta fides.

Verbum dei
ut capias.

Gallicus Her
cules.

trahatur ad Christum? Sed esto hæc gentilia, non tamen non ideo Christo
 factis & sententia.

Aliud mysterium est, in Ecclesia non satis esse, libros scribi & legi, sed ne
 cessariè esse, dici & audiri, ideo enim Christus nihil scripsit, sed omnia dixit,
 apostoli pauca scripserunt, sed plurima dixerunt. Ita cum posset psal. xviii, di
 cere. In omnem terram exiuit liber eorum, potius dixit, Exiuit sonus eorum,
 id est uia uox. Et in fines orbis terræ, non scriptura, sed uerba eorum. Itē. Nō
 sine loquere, neq; sermones, quorum non audiantur uoces eorum. Nota, au
 diantur uoces eorum, non ait, legantur libri eorum. Noui enim testamenti mi
 nisterium, non in lapideis & mortuis tabulis est deformatum, sed in uiuæ uo
 cis sonum positum. Inde & alibi dicit, deus locutus est in sancto suo, nunc em̄
 loquitur in ecclesia, qui olim scripsit in synagoga, per scripturas sanctas, pmi
 sic euangeliū, Ro. j, sed per uerbum uiuum perficit & implet euangeliū. Vn
 de magis conandum, ut multi sint concionatores q̄ boni scriptores in Eccle
 sia, quo sensu & Paulus ad Gala. scribit, Vellem modo præfens esse apud uos,
 ut mutarem uocem meā, Quod multa possint & efficacius uoce tractari, que
 scriptis non possunt.

Concionato =
 res non scri
 ptores habent
 antur.

Filij alieni mentientur mihi, Alienos uocat, qui ipsi se alienauerunt a Chri
 sto, incredibiles facti, id enim uox hebraica hoc loco significat. Sub occulte au
 tem patres comendat, & degeneres filios arguit. Filij enim sunt patrū secundū
 carnem, sed alieni secundū spiritum, quū non sequantur patrum uestigia, De
 quibus psal. iij, dictum potest uideri: Filij uiri (id est, filij uirorum & patritiorū
 per synecdochen) usq; quo gloria mea ad ignominiam? Porro, mentiti sunt, id
 est, mendaces facti sunt mihi, dum iactant sese patrum hæredes & populū dei,
 cum nihil minus exhibeāt. Contra gentium populus, nec de patribus, nec de
 cultu dei glorians, factus est filius domesticus, ueritatem faciens per fidē, qua
 se exhibet populū dei. Qui autem non credunt, ueritatem dei non habent,
 ideo mendaces semper manent, cū sola fides faciat ueraces. Significat ergo lu
 dxorum futuram perfidiam & pertinaciam, q̄ non tantum errant, sed errorem
 etiam pro ueritate ituant atq; defendant.

Filij alieni inueterati sunt,

Et claudicauerunt a semitis suis.

Dum enim mentiantur & ueritati pertinaciter contradicunt, non modo nō
 reuocant sensu mentis suæ, sed indurantur etiā & irrecuperabiliter inuetera
 scunt in suis opinionibus. Errantem enim facile est reuocare, sed mendacē qui Errans, Mea
 studiose ueritatē impugnat, quis queat reuocare? Sic psal. iij. Vt quid diligitis
 uanitatē & queritis mendaciū? hoc in Iudæis impleri abunde uidemus.

Et claudicauerunt a semitis, quod. ij. Reg. xxij. & apud Hiero. sic legimus.
 Et contrahēt in angustijs suis. Alij sic. Et claudicabūt a uinculis suis. Et. ij. Reg.
 xxij. per metathesin literarum uerbum חגור Hagar, quod hic חגור Harag ponit
 tur, forte quod uoluerit spiritus parū referre, siue claudicare, siue contrahi uin
 culis eos, diceret. Est enim sensus, Iudæos qui contempta fide libertatē Christi
 respuerūt, dati sunt in reprobū sensum, ut sese suis pprijs doctriinis, ceu uin
 culis quibusdā illaqueent, affligent, & excarnificent, nec tamē unq̄ recte ince
 dant, semper autem claudicent, ut sit contritio & infelicitas in uis eorū. Idem
 sensus est psal. lxxx. Et non audiuit populus meus uocem meā, & Israel non
 intendit mihi,

L1 intendit mihi,

TIO
 reuerente p...
 nouit, quæ su...
 contradicentis, se...
 Populus quæ nō...
 ut nocet deus...
 us, & irritauer...
 non est popu...
 populum meum...
 neas, p...
 d corpore p...
 us & ad omnia...
 missa, miser...
 huius, quibus...
 uocis Matth...

atium fide, il...
 demum ipso...
 uoluerūt. Ni...
 gelij ad eos...
 quod in si...
 licent mihi...
 tes, cū pro...

uerbo uo...
 od nos pre...
 (id est uer...
 lex myste...
 d nisi om...
 ut illa. vij...
 erbū dei...
 Christi...
 n uobis...
 prorsus...
 diuino...
 er audie...
 tie tribu...
 oculis re...
 oluerūt...
 s eloqui...
 i fuit po...
 pulchre...
 e cache...
 redētes...
 unt ad...

intendit mihi, Et dimisi eos secundū desideria cordis eorum, ibunt in aduersi-

*Iustitiarij
scrupulosi
semper.*

onib⁹ suis. Et Prouer. j. Et comedēt fructus uix suæ, suisq; cōsilijs saturabunt.
Nec posset res ista iustitiarum impiorum aptius & significantius dici, q̄ q̄ ci-
trahunt in angustijs suis, uidemus enim omnes tales, q̄ sint scrupulosi & con-
pitiæ conscientia, ut etiam ibi timeant ubi timor non est, & ibi peccatū suspi-
centur, ubi forte meritum est, adeo angustam sibiipsis, tum opinionibus, tum
traditionibus suis, faciūt uiam, semper in quieti, semper scrupulosi, semper me-
ticolosi, quos Colof. ij. Paulus pulchre tangit, ubi eorum uerba uidet, dicens:
Ne tetigeritis, nec gustaueritis, nec contractaueritis, quæ pereunt ipso usu, ra-
tionem quidē sapientia habentia. Ita enim suis statutis imbuti, hoc non li-
cet, & hoc non licet, deniq; nihil eis licet, nisi esse impios in deū & homines.
Exempla sunt nostro seculo, sacerdotum & religiosorū mores & ritus.

Hi ergo semper errant corde, & non cognouerunt uias domini, ut psal. x.
dicit, quos. iij. Reg. Helias figurat, dum Baalitas increpat. d. Vsq; quo claudica-
tis in duas partes. Claudii enim sunt, dum altero pede tantum, aut utroq; non
ambulant, & tamen quia mouentur, similes sunt ambulantiibus, hoc fit, dum
affectu impio incedunt in litera seruitutis, operibus suis & semitis suis deo ser-
uire præsumentes.

Viuit dominus & benedictus deus meus,

Et exaltetur deus salutis meæ.

Finita sua & ecclesie historia seu prophetia, reuertitur ad laudandam & be-
nedicendum deū, potest autem laudatis affectu intelligi dictum, Viuit, id est,
eius sit uita & benedictio, sicut dicit: Soli deo gloria & honor. Sic & Aposto-
lus, j. Cor. xv. Qui solus habet immortalitatem, ita solus uiuit & solus est benedi-
ctus, ita solus est, qui exaltari debet, ut eius solius sit gloria, hoc modo in iudici-
am perfidiam dicit, qui suis angustijs, uitam, benedictionem & gloriam quer-
runt, quas oportuit soli deo tribui & acceptas referri, unde dicit, Deus salutis
meæ, id est, qui saluum me facit, nō ego me ipsum meis uiribus, tropo uisitato,
quo deus iustitiae meæ, psal. iij. dicitur, id est, qui me iustificat. In hebreo autē,
Benedictus deus meus, זורי Zuri dicitur, quod aliquādo pro petra, aliquādo
pro fortitudine transfertur, ut in principio psalmi huius uidimus, Deus meus
fortitudo mea, sperabo in eo, Ita & hic, deum laudat, ut in quo fortitudinē suā
sitam confitetur, non in seipso.

Potest etiā gloriantis affectu hic uersus dici, in despectum eorū, qui contra-
hunc suis angustijs, q̄ neq; uitā, neq; fortitudinem, neq; gloriam dei habeant, ac
per hoc nec salutē, quæ non nisi in domino habet per libertatē fidei.

Deus qui das uindictas mihi, Et subdis populos sub me.

Deus qui das, pro, qui das, more suo, Duplici sensu potest hoc dici, primo,
das uindictas mihi, id est, uindicas me, ut psal. cix. Donec ponam inimicos tuos,
os, scabellum pedum tuorum. Secundo, das mihi uindictam facere, quia con-
stitutus est iudex uiuorum & mortuorum, & Iohan. vj. Dedit ei potestatem
iudicium facere, quia filius hominis est, Vbi non seipsum clarificasse docetur,
nec seipsum uindicasse, nobis in exemplum, ne arrogātes & ambiciosi simus.
Ita uindicat Christus Iudæos impios, & regnat super gentium populos credu-
los; Dextera dei in hoc exaltatus, & dominus omnium factus.

Liberator

Liberator meus, de inimicis meis iracundis, ab insurgentibus in me,
Auro iniquo eripe me.

Valentur hi quatuor uersus ultimi, Epilogus quidam esse eorum, quæ toto psalmo dicta sunt, quare satis ex præcedentibus apertus est eorum sensus. Id est, Auro iniquo (id est, uiris iniquitatis per synecdochē) dicit, hebreis est, eripiamus illa, id est, iniuria quæ lædit & malū facit proximo, quod satis propter iniquitatem diceret, nisi alibi uariaret interpres.

Propterea confitebor tibi in nationibus domine:
Et nomini tuo cantabo.

Hanc uersum Paulus Ro. xv. citat, ut diximus, qui & cogit hunc psalmum de Christo proprie intelligi. Igitur Christus a ludæis liberatus, iracundis, hostibus, insurgentibus, iniquis, In gentium ecclesia per fidem cognitus laudat, & cantat nomen domini, hoc est, datis donis spiritus sui, facit nos confiteri & cætere. Porro ipsum cōfiteri, & cantare indicat, nos, nō nostris iusticijs, sed gratiis dei beneficijs uiuere & esse in Ecclesia, ut soli fidei & misericordiæ dei gloria maneat.

Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiā Christo suo:
Dauid & semini eius usq; in seculum.

Magnæ autem sunt salutes, quibus Christum regem suum & christianos saluos facit, quia a morte, a peccatis, ab inferno & omnibus malis saluat, æternæ enim sunt istæ salutes, uita, iustitia & gloria. Salutes autem corporales, paræ, immo nihil sunt, in quo docemur, salutem corporis contemnere, & Christianum esse, ut magnas salutes, æternas q; spectemus, Nouo enim testamēto conuenit magnas salutes habere, sicut ueteri cōgruebant paræ. Idē est quod dicit, Et faciens misericordiā Christo suo, hic finis uersus medij, Salutes enim illæ nullis merentibus, sed solo misere deo donatæ sunt, Vnde Christum suum hic intelligit, unicum illum, in quo promissa est misericordia donanda, cui ob id & factam hic dicit, id est impletam in eo.

Dauid & semini eius usq; in seculum, cum sit altera pars uersus, hoc mihi ut detur dicere, q; salutes in rege illo & misericordia in Christo domini, sint impletæ, ut satis tieret Dauid & semini eius, cui facta est, pmissio de rege & Christo dei Iacob, ut. ij. Reg. ultimo dicitur. Totum ergo quod priore parte factum dicitur in Christo, Dauidi & semini eius factum intelligatur in æternum, ut Ista. lv. Misericordias Dauid fideles dabo uobis, quod Act. xij. dicit Lucas, Dabo uobis sancta Dauid fidelia, hoc est, æternas salutes & misericordias, Fortiter enim hæserunt prophete in promissionibus dei, & sæpe easdem repetūt & inculcant, quin & dilatant & explicāt, quod & omnibus, qui salui sūt, necessariū est, cum in his solis sita sit salus, non in præceptis aut operibus ullis.

LI ij Psalmus decij